


TRACTATVS DE IVRE VNIVERSITATVM

OMNIBVS LEGVM STVDIOSIS, & in Foro, & in Scholis versantibus maximè vtilis, ac neceßarius.

AVTHORE NICOLAO LOSAEO TAVRINENSI I. C.

ET SERENISSIMI SABAVDIAE DVCIS Consiliario Status, Referendario, ac Senatore.



MEDIOLANI,

Apud Io. Baptistam Bidellium. M. DC. XIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

1619. die 4. Martij.

Imprimatur Fr. Ioan. Bapt. Spadius Vic. Gen. S. Inquisit. Mediolani.

Gul. Vidonus Præpos. Sancti Nazarij pro Illustriss. Domino Cardinali Archiepiscopo.

Vidit Saccus pro Excellentissimo Senatu.



SERENISSIMO
CAROLO
EMMANVELI
SABAVDIÆ, DVCI,
ET ITALIAE SVBALPINAE
Principi Inuictissimo.

Nicolaus Losæus Sal. & Fęlicitatem.



VM variarum, pro vario cuiusque genio & ingenio, apud omnes benè merendi studium, & ratio probetur; tum verò illa commendabilis maximè videri potest (DVX SERENISSIME) quæ, scriptorum coniuncta & consecrata monumentis, gestorum simul ac animorum fidem, & beneuolentiam æternitati commendat. Vnde Caro ille maior, cum & armis inuictus esset, & Consul exercitum sæpe duxisset, plus se Reipub. credidit pro futurum, si disciplinam militarem conferret in literos; Nimirum quòd vnius ætatis sint res quæ fortiter fiunt, quæ verò pro Reip. vtilitate scribuntur æterna sunt. Gloriosum equidem

est Principi suo obsequiosum se præstare, charum esse ciuibus, benè de Reip. mereri, laudari, diligi; gloriosius tamen, illa ipsa obsequia, beneuolentiam, ac merita in alienas etiam oras diffundere; quasique beneficiorum, & officiorum mutuam maiorem gratiam capiendo, de eo, literis, testem memoriam prodere sempiternam. In quo gloria genere ambitiosus sanè fui (PRINCEPS INVICTISSIME) sin minus Reip. literariæ studia iuuandæ, at saltem propensioris ad id animi, meæque in te obseruantiæ, & grati animi testimonium exhibendi, vel ex eo potissimum, quòd ad varios dignitatum gradus (quæ tua fuit liberalitas) paruo temporis spatio euectus, parum censuerim coràm tantùm satagere, & opera ac industria præsenti, prout quotidiana exigunt, & secum ferunt officiorum, & Magistratus munia, gratiam aliquam inire, nisi etiam tantorum beneficiorum tuorum merita, enixumque meum benè merendi studium, alienis etiam populis, & posteris vulgatum relinquerem, his scriptis: quæ tanquam ex te orta, quasi spiritum ijsdem, tuis ipsis beneficijs insufflantibus, tibi quoque debita sunt; sacrique tui nominis, ac numinis suffulta præsidio, maiorem in dies acceptura vigorem: tuæque in me liberalitatis indicia, gloriosa pariter futura alijs sunt ad laudem incitamenta. Ea igitur qualiacunq; sunt, vt soles cætera, benigna fronte accipe, teque, ac tuam, fœliciùs iam adolescentem, diuinam Sobolem perpetua, nunc paimùm renouata, pace beet Summus ille rerum omnium arbiter, ac moderator Deus; Aeternùmque viue Christianorum Principum decus, & Italiæ, adeoque orbis vniuersi perpetuum ornamentum.

TRACTATVS DE IVRE Vniuersitatum.

PARS PRIMA.

Operis Partitio.



NVocato prius Diuino auxilio, vbi enim Christus non est fundamentum, ibi nullius boni operis, superest ædificium 1.quæst.1. cum Paulus; Nam ex huiusmodi Diuini nominis inuocatione, bonum principium, melius medium, & optimus finis prouenit. auth. quomodo oporteat Episcop. in princip. Bart. & alij Doct. in proœm. Digestorum. in princ. glos. prima. Rub. proœmij Institutionum, quia ex diuisione, & distinctione quæstionum, negotium fit clarius, cap. super literis. extra de rescrip. Distinctio enim & partitio tria oneratur, animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriam artificiosè reformat. l. 1. in princip. ff. de doli excep-ptio. glos. in §. igitur. in verbo easdem institutiones. in proœmio Institutionum. Ideo diuidendum duxi hunc tractatum in quinque partes principales. In prima videbimus quid sit vniuersitas, quot sint vniuersitatũ species, & postremo loco de officialibus, & administratoribus vni-

uersitatum tractabimus. Secunda pars versa itur circa actus iudiciales, qui fiunt nomine vniuersitatu n tàm in agendo, quàm in excipiendo. In tertia tractabitur de omnibus actibus extraiudicialibus, negotijs, contractibus, qui fiunt ab vniuersitatibus earumque administratoribus, nec non bonis, rebus, priuilegiis, statutis, consuetudine, & alijs iuribus ipsarum Communitatum. In quarta de delictis, vel quasi delictis vniuersitatum dispiciemus. In quinta, & vltima de successionibus, quæ tàm ex testamento, quàm ab intestato competunt, & debentur vniuersitatibus, disputabitur. Quarum singulæ partes suas habebunt quæstiones, & declarationes non ineptè accommodatas, & dispositas.

Vniuersitas quid sit. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Præfationes quid operentur.*

2 *Vniuersitas quid sit.*

3 *Vniuersitatis nomen est generalissimum, & extenditur ad vniuersitatem rationabilem, & irrationabilem.*

4 *Vniuersitas verè & propriè nihil aliud est, quàm ipsimet homines vniuersitatis, collectiuè sumpti.*

5 *Vniuersitas secundum fictionem iuris repræsentat vnam personam, quæ est quid aliud diuersum ab hominibus vniuersitatis.*

6 *Vniuersitas mortuis omnibus de ipsa vniuersitate, & populo, & alijs subrogatis, eadem censetur vniuersitas, & idem est populus.*

7 *Hæreditas aliud est, & quid diuersum à rebus hæreditarijs.*

8 *Vniuersitas est nomen iuris, & non personarum, non habens animum, intellectum, consensum, nec etiam corpus.*

9 *Vni-*

9 *Vniuersitas legitimè congregata, & conuocata vicem persona sustinet.*

10 *Vniuersitas consideratur duobus modis, vno modo in abstracto, & alio modo in concreto.*

11 *Actus aliqui an fiant ab vniuersitate, seu ab hominibus, vt vniversis, an verò à pluribus, vt à singulis, maxima est differentia.*

12 *Liberatio facta vniuersitati, non afficit singulos homines vniuersitatis, nec è contra.*

13 *Vniuersitatis lis non dicitur singulorum, nec è contra.*

14 *Vniuersitatis compromissum, non est compromissum singularium personarum, nec è contra.*

15 *Vniuersitatis bona non sunt, nec dicuntur bona singulorum, nec è contra.*

16 *Vniuersitatis vasallus, non est vasallus singulorum, nec è contra.*

17 *Vniuersitatis vasallus non praestat seruitium, & fidelitatem omnibus, & singulis de vniuersitate; sed duntaxat ei, qui vniuersitati praeest, Sindico scilicet, vel Consuli, aut etiam Procuratori ad id specialiter electo.*

18 *Vniuersitas vasalla qualiter teneatur ad praestationem seruitij, & fidelitatis.*

19 *Seruus manumissus ab vniuersitate, non est libertus singulorum de vniuersitate, sed ipsius dumtaxat vniuersitatis.*

20 *Vniuersitatis libertus ipsi vniuersitati tantum, & non singulis de vniuersitate debet reuerentiam.*

21 *Vniuersitatis libertus non potest in ius vocare ipsam vniuersitatem sine venia, singulos autem de ipsa vniuersitate sic.*

22 *Vniuersitatis actor, non dicitur actor singulorum, sed vniuersitatis.*

23 *Vniuersitatis seruus, non dicitur seruus singulorum, sed dumtaxat ipsius uniuersitatis, in cuius est potestate, & ideo ipsi uniuersitati tantum, & non singulis de uniuersitate stipulari potest.*

24 *Clericus iurans Episcopo, & Capitulo iuxta textum in cap. cum clerici, de verb. signif. non est singulis canonicis subditus, sed omnibus ut uniuersis, & tanquàm capitulo.*

25 *Vniuersitati, seu Reipublica subditus, est subditus omnibus ut uniuersis, & non singulis ipsorum.*

26 *Vniuersitatis debitum, non dicitur debitum singulorum, nec è contra.*

27 *Vniuersitatis bona, non debent capi pro debito particularium personarum, nec è contra.*

28 *Vniuersitatis causa alia est, & alia particularium personarum eiusdem uniuersitatis.*

29 *Vniuersitas eadem manet, licet mutentur personæ.*

30 *Vniuersitatis ius, & nomen conseruatur in vno solo, si vnus solus remansit de uniuersitate.*

31 *Vniuersitas constituitur ex tribus personis.*

32 *Vniuersitas hominum conseruatur in vno, & etiam omnibus de uniuersitate defunctis, secus est in uniuersitate corporum.*

33 *Vniuersitatis priuilegia, non censentur extincta mortuis omnibus de uniuersitate.*

34 *Qualitates nullæ sunt non entis.*

35 *Vniuersitas quando destruitur casu fortuito citra ipsius uniuersitatis delictum retinet omnia priuilegia & iura, secus si authoritate superioris propter suum delictum uniuersitas destruatur, quia tunc amittit omnia priuilegia.*

36 *Vniuersitas, seu Collegium potest hæres institui, & grauari de restituenda hæreditate vni vel pluribus, vel etiam omnibus de eadem met uniuersitate, &*

te, & Collegio:

37 *Actio, & passio non possunt stare in eodem subiecto.*

38 *Vniuersitas an propriè & verè sit, & dicatur persona, & an veniat, & comprehendatur sub nomine & appellatione personæ.*

39 *Fidelitatem iurans, seu promittens defendere contra omnem personam, vel omnem hominem mundi an teneatur etiam defendere aduersus vniuersitatem, & Collegium.*

40 *Statutum indistinctè compellens personas ad compromittendas differentias, & controuersias an habeat locum, & comprehendat controuersiam, quæ est cum vniuersitate, vt ãe illa debeat fieri compromissum, & an huiusmodi statutum sit fauorabile, vel odiosum.*

41 *Dictio alius, alia, denotat similitudinem, & inducit repetitionem præcedentium.*

42 *Procurator constitutus ad agendum contra quamcunque personam, an intelligatur constitutus, & dicatur habere mandatum contra Communitatem, Collegium, & Vniuersitatem.*



Ractatus de rebus publicis, & iure vniuersitatum operæ pretiũ esse duxi prius quàm ad interprecationem huius materiæ perueniamus pauca de significatione ipsius tituli referre, quę maximè ad totius præsentis operis intelligentiã

1 conferunt. † Namque, nisi fallor, istæ præfationes, & libentius nos ad lectionem propositæ materię perducunt, & cum ibi venerimus euidentiorem præstant intellectum l.1.ff. de orig. iur. ciuil. l.1. ff. si cert. pet. facit tex. in §. his igitur generaliter. Instit. de iust. & iur. vniuersitas igitur, vt ab eius definitione exordiamur ita à

2 Doctoribus nostris describitur; † Vniuersitas est plurium

rium corporum collectio, inter se distantium, vno nomine specialiter eis deputato; Collectio plurium ideo dixi, vt notetur differre vniuersitatem ab indiuiduis, vel speciebus vt boue, & Socrate secundum legum interpretes, qui non plura corpora, sed cuiuslibet rei partes colligunt; Inter se distantium, ideò apponitur, vt discernatur totum integrale, quod non distantia, sed coniuncta plura continet ab vniuersitate, vt est in armario, naui, ædificio, quæ ex continentibus, hoc est ex pluribus inter se cohærentibus constant; Specialiter eis deputato, ideo ponitur vt per hoc appareat hoc nomen homo, licet plura corpora significet, non tamen esse vniuersitatem, quia nulli, vel nullus specialiter est deputatus, quæ omnia possunt colligi ex l. rerum mistura. ff. de vsucap. & quamuis hoc nomen vniuersita-
3 tis sit nomen generalissimum † vt possit etiam trahi, & extendi ad vniuersitatem irrationabilem, puta ad gregis vniuersitatem, de qua loquitur Iurisconsf. in l. si grege. ff. de leg. 1. & in d. l. rerum mistura, nos tamen de rationabili vniuersitate duntaxat loquimur, vt de populo, Collegiò, societàte, & huiusmodi, de quibus vniuersitatibus loquitur I. C. in toto tit. ff. quòd cuiusque vniuersitatis nomine, & ibi Azo. num. 1. quem sequitur Ioannes Oynotomus in §. vniuersitatis, num. 1 Instit. de rerum diuis. Innocent. in cap. dilecta in Christo, num. 2. extra de excessib. prælat. Sed, vt propiùs accedamus ad explicandam naturam, essentiam, substantiam, & quidditatem istius nominis, nempè vniuer-
4 sitatis. Scribunt Doctores nostri † Vniuersitatem nihil aliud esse, quàm ipsosmet homines vniuersitatis. ita scriptum reliquit Glos. in l. sicut. §. 1. in verbo non debetur. in fine. ff. Quod cuiusque vniuersitatis nomine, & in l. 1. ff. de Collegijs illicitis. Bald. in l. 7. §. 1. num. 1. ff. Quod cuiusque vniuer. nom. Nam totum non differt realiter à suis partibus, verè enim, propriè, & realiter vniuersitas nihil aliud est, quàm homines vniuersitatis. Bartol. in l. aut facta. §. nonnunquam. numero 3. ff. de pœnis. Boer. in tract. de seditiosis. cap. vlt. num. 14. & numero 22. nisi enim essent homines, non esset vniuer-

vniuersitas. Idem dicit Bald. in l. 5. numero 11. C. de exequu. rei iud. vbi scribit vniuersitatem nihil aliud esse, quàm homines ipsiusmet vniuersitatis collectiuè sumptos; nam homines separati, & singuli non faciunt vniuersitatem, & populum, & ideò vniuersitas propriè non dicitur homines, sed hominum collectio in vnum corpus mysticum, & abstractiuè sumptum, cuius significatio est inuenta per intellectum, Ozas. decis. 17. numero 14. Hinc Castrens. in l. 7. numero 1. ff. quod cuiusque vniuer. nomine, scribit vniuersitatem esse quandam personam fictam, quæ constat ex pluribus singularibus personis, & in l. 2. numero 2. ff. eodem. scribit singulos homines de vniuersitate esse quasi membra facientia vnum totum, quod dicitur vniuersitas. Idem voluit Mysingerius obseruatione 78. Centur. 4. numero 7. 8. & 9. vbi verè, & propriè loquendo vniuersitas nihil aliud est, quàm singuli homines de vniuersitate, qui in corpus vnum collecti, illam vniuersitatem faciunt; Idem scriptum reliquit Gaill. in libro 2. de pace publica, cap. 9. numero 11. 12. & 14. Aliud tamen; & diuersum est secundum fictionem iuris, nam
5 vniuersitas † repræsentat vnam personam, quæ est quid aliud diuersum ab hominibus vniuersitatis. l. mor-
6 tuo. ff. de fideiussor. quod apparet, quia † mortuis omnibus de populo, & alijs subrogatis, idem est populus. l. proponebatur ff. de iudicijs. l. 7. §. vlt. ff. Quod cuiusque vniuers. nomine. Sic aliud est vniuersitas, quàm personæ, quæ faciunt vniuersitatem secundum iuris fictionem, quia est quædam persona repræsentata. d. l. mortuo. Bartol. in d. l. aut facta. §. nonnunquam. nu-
7 mero 3. ff. de pœnis. Sicut aliud est hæreditas, † & aliud res hæreditariæ Castrens. in l. 7. numero 1. & 4. in fine. ff. quod cuiusque vniuer. nomine; Hinc Iason. in l. 1. §. municipes, numero 1. & 2. ff. de acquirenda pos-
8 sessione, scribit vniuersitatem non habere † animum, & sic nec consensum, & vniuersitatem esse nomen iuris, & non personarum, non habens animum, nec intellectum, nec etiam corpus. Bald. in l. 22. numero 1. ff. de legat. 1. Innocent. in cap. grauem. num. 1. extra de sen-

sentent. excommunicat. Castrens. in d.l.2.numero 2.ff.
Quod cuiusque vniuer. Gaill. in loco supra citato.vbi,
licet vniuersitas sit nomen iuris, animo, & intellectu
9 carens, tamen legitimè † congregata, & conuocata
vicem personæ sustinet, & hoc fictione quadam, &
repræsentatione per rectores, & administratores ip-
sius vniuersitatis l.mortuo. ff. de fideiussor. & Mysinger.
d. obseruat. 78. numero 5. scribit vniuersitatem non
esse personam veram, sed fictam, repræsentantem a-
liam personam, diuersam à particularibus, & singu-
laribus personis, & hoc impropriè, & secundum fictio-
nem iuris, Neque hoc loco silentio omittam illud quod
scribit Bald. in l.7. §. 1. in princip. & numero 1.ff. quod
cuiusque vniuer. nomine, & in l.6. §. vlt. numero 2. &
3.ff. de his, qui not. infam. vbi dicit vniuersitatem pos-
10 se considerari duobus modis; † vno modo in abstracto,
& hoc casu non est persona, nec animatum corpus,
sed est quoddam corpus intellectuale, & quoddam no-
men iuris habens quandam repræsentationem; alio
modo in concreto, & tunc est nomen personarum, &
sumitur pro singularibus personis in ipsa vniuersitate
contentis; Quod autem vniuersitas per quandam fi-
ctionem, & repræsentationem aliud sit, & quid separa-
tum, & distinctum à singulis hominibus de ipsa vniuer-
sitate, & aliam personam dici, & aliud corpus à singu-
lis de vniuersitate, tenent passim Doctores nostri, Ias.
in l. 1. §. Si autem Collegium. numero 2. ff. ad Senat.
Consul. Trebell. Rolan. à Valle consilio 53. numero 6.
volum.4. Cagnol. in l.aliud. §. refertur.numero 14.cum
pluribus sequent. ff. de regulis iur. Bartol. in l.Ciuitas.
numero 5. ff. si certum pet. Castrens. in l. 7. num. 1. ff.
Quod cuiusque vniuer. Ripa in d. §. si autem Colle-
gium, numero 2. & quòd hoc sit verissimum pluribus
comprobatur rationibus, videmus enim maximam dif-
11 ferentiam † esse, an actus aliqui fiant ab vniuersita-
te, seu ab hominibus, vt vniuersis, an verò à pluribus,
vt à singulis. l. 1. §. quibus. l. sicut. §. si quid. ff. quod cu-
12 iusque vniuer. nom. Hinc, † liberatio facta vniuersi-
tati, non afficit singulos homines vniuersitatis, nec à

con-

13 contra; similiter lis † vniuersitatis, non dicitur singu-
14 lorum, nec è contra. Item compromissum † vniuersitatis non est compromissum singularium personarum, nec è contra. Rol. à Valle cons. 53. nu. 9. 10. 11. volum. 4.
15 Idem videmus esse de bonis; vniuersitatis † enim bona, non sunt, nec dicuntur bona singulorum, nec è contra; nã quod vniuersitatis est, vnius corporis est, ideo plurium, seu singulorum non est, quoniam vniuersitas est persona repræsentata per se. l. 6. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisione. §. vniuersitatis. Instit. eodem tit. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocando. l. 1. §. seruum mnnicipum. ff. de quæstio. Bart. in l. 1. §. vlt. ff. de Colleg. illicitis, Bart. Soci. in l. 1. §. si autem Collegium, num. 2. ff. ad Sen. consul. Trebell. Borgninus decis. 68. num. 2. fol 553. Bald. in d. l. 6. §. vniuersitatis in vtraq; lectura. Ia s. in l. 10. num. vlt. ff. de in ius vocando. Marcus decis. 489. num. 2. vol. 1. & decis. 779. num. 7. vol. 1.
16 Hinc vasallus † vniuersitatis, non est vasallus singulorũ nec è contra, Glos. in l. 2. ff. quod cuiusq; vniuer. nomine, vti nec maioris partis vniuersitatis vasallus dici potest, quamuis aliàs quòd à maiore parte fit, & approbatur, ratum sit, ac si à tota vniuersitate factũ esset. l. quod maior. ff. ad municip. l. 3. & 4. ff. quod cuiusq; vniuer. Rol. à Valle d. cons. 53. num. 12. Bald. in l. 2. ff. Quòd cu-
17 iusq; vniuer. Et per hoc vasallus † vniuersitatis, non præstat seruitium, & fidelitatem omnibus, & singulis de vniuersitate, sed dumtaxat ei, qui vniuersitati, seu Reipublicæ præest, ac rerum eiusdem moderationem habet Syndico, scilicet, vel Consuli, aut etiam procuratori, ad id specialiter electo. arg. l. municipibus. ff. de condit. & demonst. d. l. 2. l. item eorum § sed hodie. ff.
18 Quod cuiusq; vniuer. nomine. Idem est in † Repub. vel vniuersitate vasalla; non enim singuli de ipsa vniuersitate tenebuntur ad præstationem seruitij, & fidelitatis, sed huiusmodi munus per eos, qui præsunt vniuersitati, puta per Syndicos, Consules, administratores, vel alios ad id specialiter electos eiusdem Republicæ nomine adimpletur, quia singuli de vniuersitate non sunt vasalli, sed tantùm ipsa vniuersitas. text. est in constitutione

tione

tione de pace cóstantiæ. §. priuilegia omnia, & ibi etiã Bald. in ver. finito. Quæ omnia pulchrè explicat D. Antonius Borrinius in suo luculento tractatu de seruitijs vasallorum in prima par. cap. 16. & 17. circa finem.

19 Eodem modo seruus † manumissus ab vniuersitate, nó est libertus singulorum de vniuersitate, sed ipsius dum-
20 taxat vniuersitatis, & ideò singulis de vniuersitate † nó
21 debet reuerentiam, sed tantũ ipsi vniuersitati, † & per hoc potest singulos ipsos de vniuersitate vocare in ius sine venia. l. 6. §. 1. ff. de rerum diuis. l. 10. §. qui manumittitur, & ibi Bald. in vtraque lectura. Castren. num. 1. & 2. Alexan. in princ. num. 1. ff. de in ius vocando; Hinc
22 actor ab vniuersitate † ad agendum constitutus, non dicitur actor singulorum, sed vniuersitatis, nec pro singulis interuenit, sed pro ipsa Republica, & vniuersitate. l. 2. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine; Hinc etiam
23 seruus † Reipublicæ, seu vniuersitatis non dicitur seruus singulorum, sed dumtaxat ipsius vniuersitatis, in cuius est potestate, & ideò ipsi vniuersitati tantùm, & non singulis de vniuersitate stipulari potest l. vndecima vers. quòd si seruus publicus. ff. de vsuris. text. est elegantissimus in l. 1 §. seruum municipium. ff. de quæstio. cuius verba hæc sunt. Seruum municipium posse in caput ciuium torqueri, sæpissimè rescriptum est, quia nó sit illorum seruus, sed Reipublicæ. l. 6. §. 1. ff. de rerum diuis. Alexan. in l. quadragesima. nu. vlt. ff. de vulg. substi-
24 tut. Hinc † Clericus iurans Episcopo, & Capitulo iuxta textum in cap. cùm clerici. de verbo. signific. non est singulis Canonicis subditus, sed omnibus vt vniuersis,
25 & tamquam Capitulo; Eodem modo subditus † alicui Reipublicæ puta Venetæ, est subditus omnibus vt vniuersis, & non singulis ipsorum. Cagnol. in l. aliud. §. refertur. nu. 14. cum pluribus sequentibus ff. de reg. iur.
26 Hinc fit vt debitum † vniuersitatis, non dicatur debitũ singulorum, nec è contra; Et ob id vniuersitatis debitum non potest peti à singulis de vniuersitate, nisi habeant mandatum ab ipsa vniuersitate, quia non debetur singulis, sed dumtaxat ipsi vniuersitati tex. est in l. 7. §. 1. & 2. ff. quod cuiusque vniuer. nomine. si quid (scri-

bit

bit ibi I.C.) vniuersitati debetur, singulis non debetur, nec quod debet vniuersitas, singuli debent. Bal.in d. l.7.
27 § 1.num.1. † Et ibid.Castren.num.1. Hinc bona particularium, & singularium per sonarum pro debito Communitatis capi non debent, nec è contra, Marcus decis. 489.num.6.& decis.803.num.2.vol.1.nec pro debito vniuersitatis singuli de ipsa vniuersitate regulariter possint conueniri, & è contra Glos. magna in l.1.ff.quod cuiusq' vniuersitatis. l.7. & ibi Bar.nu.1.& 2.ff. eod. Bona enim vniuersitatis, non sunt singulorum, nec è contra l.6.§.1. ff.de rerum diuis.§. vniuersitatis. Instit.eo. Aliud igitur est facere tanquam vniuersi, aliud tanquàm singuli.
28 † Benintendus decis.128.num.6. & alia est vniuersitatis causa,& alia particularium personarum de ipsa vniuersitate. Ludouicus decis.39. nu.31. Quod etiam cō-
29 stat ex eo, quia vniuersitas † eadem manet, licet mutētur personæ l.7.§. in decurionibus.in prin.ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine. Et ibi etiam Bald. num.1.l. 76.& ibi etiam Castren.nu.3. ff. de iudicijs. Idem Castrens. in d.l.7.nu.1. ff.quòd cuiusque vniuersitatis. vbi populus idem censetur hodie, qui fuit iam centum annis, licet omnes, qui tunc erant mortui sint, & alij subrogati. Aliud igitur est vniuersitas, & aliud singuli de vniuersitate, quod etiam ex eo comprobatur, quia vni-
30 uersitatis † ius, & nomen conseruatur in vno solo, si vnus solus remansit de vniuersitate.d.l.7. §.in decurionibus. ff.quod cuiusq; vniuer. nomine. Et ibi etiam Bart.in princ. pulchrè Dec,cons.451.num.18. in princ.
31 † Licet enim vniuersitas constituatur ex tribus perso-
32 nis. l.Neratius.ff.de verb.sign. † si tamen deueniat ad vnum, licet vnus non sit vniuersitas, ius tamen, & nomen vniuersitatis conseruatur in illo. glo. in d.l. 7. §. in decurionibus, in verbo nomen vniuersitatis. Ias.in l. si grege. num.7.12.& 13.ff.de leg.1. Castren. in d.l.7.§.vlt. num.1.ff.quod cuiusq; vniuer. nomine, & ibi etiam Bal. num.1. Et hoc habet locum in vniuersitate hominum, secus tamen est in vniuersitate rerum, seu corporū, quæ non potest in vno solo remanere. Nam in vniuersitate hominum duo considerantur, scilicet ipsi homines, &

res,

res, iuraque eorum. Vnde licet homines extinguãtur, remanent tamen res, & iura ipsorum hominum, quæ non extinguuntur propter mortem hominum, & propter illa iura repræsentatur tota vniuersitas in vno, & etiam omnibus de vniuersitate defunctis, sed vniuersitas corporum non habet iura, sed duntaxat illa corpora, quibus extinctis, non potest hæc repræsentatio fieri, & induci. d.l.22.si grege, vbi glo. penult. & etiã Ias. num. 7 ff. de legat. 1. & ibi etiam Bart. & Castren. num. vlt. Idem Castrens. in d.l.7.§.vlt.nu.4. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nom. Quod autem mortuis omnibus de vniuersitate remaneat vniuersitas tenet glo. in l.1.in verbo competit. ff. de Collegijs illicitis. Marcus decis.1339. per totam. 1334. num.1.1036.num.2.783.num.6.vol.1. Et hoc saltem habitu,& quoad iuris intellectum, seu in-
33 tellectualiter licet non actu, quod patet, quia † priuilegia vniuersitatis non censentur extincta mortuis omnibus de vniuersitate. Castren. in d l. si grege nu. 4. ergo
34 † vniuersitas remanet, quia nõ entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui ff. si certum petatur; sperantur enim futuri alij substituti, & tunc redibit de habitu ad actum. Nam quod vniuersale est, nõ potest morte perire, sicut
35 homo in genere non moritur. † Hoc tamen verum est, quando destruitur vniuersitas casu fortuito, & propter hominum mortem, citra ipsius vniuersitatis delictum, puta si à latronibus, prædonibus, hostibus, vel tiranno capiatur, & destruatur, vel alluuione, & casmate pereat, hoc enim casu sine vllo corpore materiali viuit, quodam intellectu, & extat anima vt ita dicam, quasi sine corpore, & retinet omnia priuilegia, & ipsi semetipsos reædificare possũt, & omnia priuilegia, & iura, quę durabant habitu reducuntur ad actũ ipso iure. Si verò auctoritate superioris propter suum delictum destruatur, tunc desinit esse, & habitu, & actu, & omnia priuilegia pereunt etiamsi extarent personæ, quæ non possunt amplius dici de ipsa vniuersitate, & est ratio differentiæ, quia quando ob delictum, & sic de iure vniuersitas destruitur, titulus cassatur, & annullatur, sed facti calamitas titulum non aufert, nec nomen. Innocent. in

cap.

cap. cùm ex iniuncto num. 2. extra de op. nou. nuntiat. Ioannes Mauritius in tract. de restitutione in integrum cap 404 num. 3. & 4. Bald. in const. de pace constantiæ in verbo Nos Romanorum Imperator. Castren. in d. l. 7. §. in decurionibus. num. 7 & ibid. Bald. num. 7. ff. quod cuiusq; vniuer. nomine, idem Bald. in d. l. si grege. num. 1. ff. de leg. 1. de qua re suo loco, & tempore latius dicemus; & ex his satis superque liquet, aliud esse vniuersitatem, & aliud singulos de vniuersitate; quod etiam apparet ex l. 1. §. si autem collegium. ff. ad S. C. Tre-
36 bellianum. † vbi vniuersitas, seu collegium potest hæres institui, & grauari de restituenda hæreditate vni, vel pluribus, vel etiam omnibus de eademmet vniuersitate, vel collegio quod esse non posset, si vniuersitas, & singuli de vniuersitate essent vnum, & idem, quia sequeretur ipsam vniuersitatem sibimet posse restituere hæreditatem, quod esset absurdum dicere; Debet enim esse differentia inter eum, qui est grauatus resti-
37 tuere, & illum, cui fieri debet † restitutio, nam actio, & passio non possunt stare in eodem subiecto: ergo vniuersitas aliud est à singulis de vniuersitate; & hæc est ratio quam adducit. I.C. in d. §. si autem collegium in fine. Sed quia superius obiter diximus vniuersitatem esse quandam personam fictam, & repræsentatam operæpretium esse duxi hunc articulum latius discutere.
38 Videamus igitur an vniuersitas † sit persona, & an veniat, & compræhendatur sub homine, & appellatione personæ. Primo igitur quòd vniuersitas licet impropriè sit persona, veniat tamen appellatione personæ etiam in statuto tenet Alexand. consil. 17. num. 4. & 5. volum. 6. Baldus in l. 9. §. animaduertendum in vtraq; lectura, ff. quod metus causa, & in l. quicunque. C. de seruis fugitiuis, & in l. omnes populi, in penult. columna. ff. de iust. & iure vbi vult appellatione personæ compræhendi vniuersitatem. Hinc Baldus in capit.
39 1. de noua forma fidelitatis scribit, quòd iurans † fidelitatem, seu defendere contra omnem personam, vel omnem hominem mundi, tenetur etiam defendere aduersus Collegium, & vniuersitatem, quia om-

ges comprehenduntur sub isto iuramento, & sub istis verbis, excepta propria patria, quia illa est prior tempore, sicut natura est potentior accidente, & excipitur Papa, Imperator, & Rex, Superior ipsius iurantis secũdum Baldũ ibi. Hinc Romanus in l.2. in prin. ff. de ver-
40 borum oblig. tractat an statutum indistinctè † compellens personas ad compromittendas differentias, & controuersias habeat locum, & comprehendat controuersiam quæ est cum vniuersitate, vt de illa debeat fieri cõpromissum, & ibi arguit pro vtraque parte tandem inclinare, & sentire videtur quod sic, quia statutum fundat se in ratione naturali, vt euitentur, & tollantur discordiæ, & ideò largè debet interpretari tanquàm fauorabile, vt personæ appellatione comprehendatur vniuersitas. Hanc tamen decisionem Romani veram esse non credo, quia istud statutum indistinctè compellens personas ad cõpromissum exorbitat à iure, & ideò strictè est intelligendum, & ita tenet Franciscus Curtius, in l. vnica. §. hoc etiam. num. 2. cum pluribus seq. C. de iureiur. propter calumniam dando. Præterea vniuersitatem venire appellatione personæ probat. tex. in constitut. ad reprimẽdum, versic. ad hoc, quò loci Imperator scribit hæc verba, ad hoc si qua Communitas, corpus, vel collegium, vel alia quæuis persona,
41 &c. †, considero enim dictionem illam alia, quæ denotat similitudinem, & inducit repetitionem præcedentium: Decius consil. 425. num. 12. ergo vniuersitas est persona. Contrariam autem opinionem scilicet Ciuitates, Castra, Villas, & alias vniuersitates, non esse propriè & verè personas; sed fungi vice personæ; & propriè & strictè loquendo, & inspecta propria vocabuli significatione appellatione personæ non veni-re, tenet Ias. in l. si quis maior. num. 7. 8. 9. & 10. C. de transact. quæ opinio probatur per textum. in l. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus causa. & in Authen. item nulla Communitas. C. de Episc. & Cleric. cuius verba hæc sunt, Item nulla Cõmunitas, vel persona publica vel priuata, &c. si Communitas & vniuersitas esset persona, vel veniret appellatione personæ

sonæ

sonæ; satis fuisset si Imperator dixisset item nulla publica persona vel priuata, nec erat necessarium facere mentionem specialem Communitatis. Præterea dictio disiunctiuaq; vel, ponitur inter diuersa: ergo Communitas & persona sunt diuersa, & separata, nec vnum venit appellatione alterius. Hanc eandem opinionem probat text. in l. 2. §. hoc etiam huic legi. C. de iureiur. propter calum. dando in illis verbis, siue pro vna persona quis litem mouere voluerit, siue pro aliquo corpore, vel vico, vel alia vniuersitate. Si igitur vniuersitas esset persona, & veniret appellatione personæ quorsum separatim Imperator fecisset specialem mentionem de persona, & postea de vniuersitate vt supra dixi. Hanc opinionem quòd personæ appellatione propria inspecta significatione non contineatur vniuersitatis, maximè in statuto odioso tenent multi doctores, vt licet videre in addit. in margine apud Ias. in d. l. si quis maior. in ver. personæ, vbi dicit vniuersitatem propriè & verè, non esse personam, sed esse quandam personam fictam, & repræsentatam tex. est de hoc in cap. Romana. §. vniuersitatem, de sentent. excommunicat. in 6. Hanc eandem opinionem sequitur Ludouicus decis. 39. num. 32. vsque in finem. fol. 322. vbi dicit appellatione personarum propriè non compræhendi, & contineri vniuersitates, & statutum faciens mentionem de persona non compræhendere Ciuitatem, Castrum, vel aliam
42 vniuersitatem, quæ est persona ficta; † Hinc procurator constitutus ad agendum contra quamcunque personam non dicitur habere mandatum contra Communitatem, seu vniuersitatem, & ob id iuremeritò tabelliones apponunt in instrumentis ista verba contra omnem personam, Corpus, Collegium, & vniuersitatem. hanc eandem opinionem tenet Cagnol. in l. si quis maior. num. 17. cum sequen. C. de transactio. vbi expresse dicit, quòd propriè appellatione personæ non venit vniuersitas, cùm sit quoddam corpus repræsentatum inanimatum, fictum, & quid intellectuale, & in iure consistens. Et ideo statutum loquens de persona, non habet locum in vniuersitate. Bartol. in rubr. ff.

quod cuiusque vniuer. nom. & ibi in additio. Bart. in l. Ciuitas. num. vlti. ff. si cert. pet. & in l. 1. §. vlti. ff. de Collegijs illicitis & in l. aut facta. §. nonnunquam. nu. 3. ff. de pœnis. Imol. in l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. Bald. in l. 2. num. 1. ff. quod cuiusque vniuersitatis & in l. 6. §. 2. num. 3. ff. de his, qui not. infam. Alex. in l. 25. §. 1. num. 8. & 9. ff. de acquir. hæredit. Bald. in Rub. C. ad S. C. Trebel. num. 2. & in Auth. item quæcunque. nu. 1. C. de episcopis & Clericis. Quibus in locis concludunt Docto. vniuersitatem propriè non esse personam, nec venire, & compræhendi inspecta propria, & stricta significatione vocabuli appellatione personæ, & hæc opinio est vera, & hæc tanto magis locum habent vbi tractatur de materia odiosa & contra ius commune pulchrè. Decius consil. 486. per totum, vbi multa ponit an vniuersitas veniat appellatione personæ, & an statutum, & prohibitio ad personas particulares relata locum habeat in vniuersitate.

Quod sint vniuersitatum species. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitatum species quatuor sunt.*

2 *Prouinciarũ distinctio, & cõstitutio quadruplex est.*

3 *Prouinciæ appellatione, principaliter intelligitur de Italia.*

4 *Italia progreditur, & extenditur, vsque in Galliã & Siciliam.*

5 *Italia non dicitur simpliciter prouincia, sed prouinciarum domina & Princeps, & est immunis à solutione tributorum.*

6 *Prouinciarum distinctio de iuregentium introducta, non potest tolli vniri, seu confundi per Imperatorem.*

64 Gens verificatur in quatuor, vel quinque hominibus.

65 Populus & gens an vnum, & idem sint.

66 Collegium simplex an, & qualem habeat iurisdictionem.

67 Collegia an, & de quibus rebus possint condere statuta.

68 Congregatio cuiuscunque Castri, Ciuitatis, vel villa an & quando censeatur permissa, & approbata.

69 Ciuitas vel Castrum non potest ædificari ad æmulationem alterius.

70 Ciuitas non constituitur, nisi à solo Principe.

71 Ciuitas eo ipso constituitur, quod Princeps, vel alius superior sibi rescribit tanquam Ciuitati.

72 Ciuitates plures, Castra, & villæ dominum, & superiorem recognoscentes, inuicem simul fœderari, & colligari sine ipsius superioris auctoritate non possunt, secus in Ciuitatibus liberis, & dominum non recognoscentibus.

73 Burgus tamquam pars Ciuitatis, dicitur vniuersitas à iure approbata.

74 Collegia simplicia an, & quando censeantur approbata licita, & permissa.

75 Collegium omne est reprobatū eo ipso quòd non est specialiter approbatum à iure, vel à Principe.

76 Collegium cuilibet permissum est facere ad suam instituiam consequendam.

77 Collegium omne quod fit pietatis causa, & religionis intuitu, est approbatum de iure communi.

78 Collegium causa religionis an, & quando possit institui sine auctoritate summi Pontificis.

79 Collegium licitum possunt facere plures simul habitantes; & sic possunt constituere sindicum.

80 Collegium

80 *Collegium plurium personarum, facientium vnam, & eandem artem, & professionem in aliqua Ciuitate vel loco est approbatum de iure communi.*

81 *Collegium Doctorum, & vniuersitas scholarium est approbata de iure communi.*

82 *Collegium pauperes persona possunt facere ad sustentationem eorum vita, & est approbatum de iure communi, dum tamen non conueniunt plus quã semel in mense.*

83 *Collegium, congregatio, seu curia decurionum dicitur vniuersitas licita, & approbata.*

84 *Collegia illicita facientes qualiter puniantur.*

86 *Collegium illicitum, & reprobatum si dissoluatur bona communia eiusdem Collegij ad quos deuoluãtur.*



Xplicita vniuersitatis definitione consequens est vt videamus de vniuersitatum
1 speciebus: Quatuor igitur † vniuersitatum species tradunt vbique Doctores nostri, est enim Prouincia, Ciuitas, Castrum, seu Villa, & simplex Collegium. Ita docuit nos Bart. in l. Imperium. num. 7. ff. de iurisd. omn. iudic. & consil. 189. num. 1. volum. 1. Purpuratus in d. l. imperium num. 121. cum sequent. Marcus decis. 366. num. 16. volum. 1. Redeundo igitur ad primam vni-
2 uersitatis † speciem, sciendum est quadruplicem esse prouinciarum distinctionem, seu constitutionem: Primò enim constituitur Prouincia, & vna distinguitur ab alia per idiomata penitus diuersa; vt Gallia, Anglia, Alemania, Italia, & aliæ huiusmodi generis, quæ diuerso singulæ ipsarum vtuntur idiomate, & varijs lo-
3 quuntur † linguis, & in effectu appellatione Prouinciæ principaliter intelligitur de Italia. l. notionem. §. conti-
4 nentes. ff. de verbor. significatione, † quæ progreditur vsque in Galliam & Siciliam secundum glos. in l. 1. in princip. in verbo Italiam. ff. de officio præfec. vrb. Respectu tamen huius distinctionis Italia non dicitur simplici-



5 pliciter † prouincia, sed prouinciarum domina, & princeps, meritò enim olim, & hodie etiam iuris dispositione attenta immunis erat, libera, & exempta à solutione tributorum, seu stipendiorum tanquam domicilium imperij, parensque bonorum omnium, quod ius postea beneficio Imperatorum multis datum est Ciuitatibus. l. 1. & vlt. ff. de censibus. Nec obstat si dicatur hodie esse sublatam differentiam Italiæ, & aliarum prouinciarum, & per consequens Italiam subiectam fuisse tributorum solutioni per textum in l. finali. C. sine censu. vel reliq. vbi Imperator loquitur per signum vniuersale de solutione tributorum omnium prouinciarum, & sic videtur comprehendere Italiam, pro quo videtur facere textus in § per traditionem. Instit. de rerum diuisione. & l. 1. C de vsucap. transform. quia respondetur secundum glos. in d. l. fin. quòd licet Prouinciæ sint exequatę quoad acquisitionem translationis dominij, & præscriptionis rerum particularium, secus tamen quoad solutionem tributorum, quia Italia est libera, & ille terminus generalis, omnes, restringitur, vt ibi glos. probat multis exemplis. & pro hoc facit textus in l. de his. C. de Episcopis & clericis. vbi fit mentio duntaxat de solutione tributorum prouincialium. Ita etiam dicit glos. in d. §. per traditionem, in verbo nulla est differentia. Hodie autem Italia non est prouinciarum domina, sed ancillarũ ancilla propter bella ciuilia, & subiacet multis afflictionibus. Archidiaconus in c. non vos. 23. q. 5. Marcus dicta decis. 366. num. 1. 2. 3. & 4. vol. 1.

6 † Et hæc prouinciarum distinctio est introducta de iure gentium. l. ex hoc iure. versic. discretæ gentes. ff. de iustit. & iure. & ibi glos. & ob id Imperator non posset huiusmodi prouincias tollere, vnire, seu confundere, vt si vellet vnire Galliam cum Alemania, vel Italiam, ita vt ambæ appellarentur eodem nomine. §. sed naturalia. Instit. de iure nat. gent. & ciu. & de hac prouinciarum distinctione loquitur Bart. in constit. qui sint rebelles in verbo Lombardiæ. num. 2.

7 † Secunda distinctio, diuisio, seu constitutio prouinciarum emanauit à iure ciuili, & fit per Præsidiatus, vt dicunt

dicunt Doctores nostri; olim enim, & antiquitus omnes Ciuitates, quæ suberant vni Præsidi, & vni Metropolitano habenti sub se magnum territorium, faciebant vnã prouinciam. l. illicitas. §. qui vniuersas. l. congruit. ff. de officio Præsidis. Bart. in dicta cõstit. qui sint rebelles in verbo Lombardiæ. num. 7. Angelus in l. vnica. num. 5. C.
8 de Metropoli. Beryto. libro 11. † Et huiusmodi prouincia, seu Præses ille, qui ipsi prouinciæ præerat de iure communi habebat merum & mixtum imperium. d. §. qui vniuersas. l. 1. & toto tit. C. de officio rectoris prouinciæ. Bart. in l. 1. num. vlt. ff. de damno. infecto. & in l. imperium. num. 7. ff. de iurisdict. omn. iud. & consi. 189. num. 1. volum. 1. & quòd apud vniuersitatem prouinciæ sit merum & mixtum imperium. tenet gloss. in l. 2. ff. de crim. stellionatus. Purpur. in d. l. imperium. num. 124. cum pluribus sequent. vbi latè de hac materia Cagnol. ibid. num. 160. Marcus decis. 366. numero 16. volum. 1.
9 † Hinc sequitur, vt Princeps, seu Imperator huiusmodi prouincias à iure ciuili introductas possit tollere, diuidere, & vnire ad sui libitum faciendo de duabus prouincijs vnam, & de vna duas, l. si eadem. ff. de officio assessoris. d. §. sed naturalia. Instit. de iure nat. gentium & ciuili. Bartol. in d. l. vnica num. 8. & 10. C. de Metropol. Beryto libro 11.
10 Tertia prouinciarum diuisio & constitutio emanauit à iure canonico, & est illa, quæ fit per Archiepiscopatus, quoties plures Ciuitates habentes Episcopos subsunt vni Archiepiscopo. Prouincia enim secundum Doctores nostros propriè dicitur, quæ habet sub se decem, aut vndecim ciuitates, & vnum Regem, & totidem minores potestates sub se, & vnum Metropolitanum aliosque suffraganeos, decem vel vndecim Episcopos. cap. scitote. 6. quæstio. 3. licet secundum Archidiaconum ibi quædam prouinciæ hodie habeant plures Episcopos, & quædam minores. Marcus d. decis. 366. num. 7. cum pluribus seq. Canonistæ in cap. si ciuitas. extra de sent. excomm. in 6. Bart. in d. verb. Lombardiæ, num. 7. in princ.
Quarta & vltima prouinciarum distinctio, & constitutio est, quę fit per vsurpationem, seu consuetudinem,

& præscriptionem, vt sunt hodie multæ Ciuitates non
11 recognoscentes superiorem de facto. † Nam hodie prouincia dicitur quælibet Ciuitas habens distinctum & separatum regimen & territorium, & quæ superiorem non recognoscit, & sic per consequens habet merum & mixtum imperium. gloss. est de hoc singularis in l. vlt. C. de præscript. longi temp. Bart. in l. vnica. num. 5. C. de Metropol. Beryto. libro 11. Cagnol. latè in l. imperium. num. 162. cum plurib. seq. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi explicat gloss. in d. l. vlt. Marcus dicta decis. 366. num. 13. & 14. volum. 1. Castren. in repetitione l. ex hoc iure num. 11. 12. & 13. ff. de iustit. & iure Alexand. in l. 9. §. tutor. num. 3. ff. qui satisdare cogantur. Ex supradictis igitur
12 patet qualiter verbum istud † prouinciæ simpliciter prolatum intelligi debeat, de qua materia me remitto ad ea, quæ scribit Bart. in dicta constit. qui sint rebelles, in ver. Lombardiæ. num. 8. & 9. Castr. in repet. l. ex hoc iure. nu. 14. Hieronymus de monte in tract. de finibus regundis, cap. 4. per totum vbi multa de hac prima vniuersitatis specie, nempè de prouincia. Secunda vniuersitatis species est minus larga, quàm sit prima, & ap-
13 pellatur Ciuitas, † quæ vniuersitatis nomen habet, personarum & domorum congregationem in se continens, necnon iurisdictionem, honorem, districtum, & territorium sub se complectens. Marcus decis. 365. num. 2. & 3. volum. 1. cuius quidem licet multæ definitiones, seu descriptiones tradantur à Doctoribus nostris, illa
14 tamen communiter recipitur, & admittitur, vt † Ciuitas dicatur hominum multitudo societatis vinculo adunata, Episcopum habens, muris cincta, & quæ veterum auctoritate ciuitas est nuncupata, Doctores in cap. si ciuitas. extra de sentent. excommunic. in 6. & ibi inter alios Ioannes Andreas. Ciuitas igitur est communio, seu, multitudo ciuium gratia commodioris vitæ quam maximè fieri potest, quæ certè non ex quorumcunque inhabitantium, sed ex eorum multitudine coalescit, qui velut propriam ciuitatis partem referant.
15 Cagnol. in l. 2. num. 24. ff. de orig. iuris ciuil. & ob id † ciuitas teste Ciccrone a ciuibus appellata est, quasi ciuium

vnio,

vnio, congregatio, & multitudo. Cardinalis in Clementina prima, in versic. extra ciuitates. extra de sepulturis: sed quia castra etiam & villæ possunt dici hominum multitudo societatis vinculo adunata, ideirco posita sunt illa verba Episcopum habens: pro cuius rei intel-
16 ligentia videndum est, an de essentia † ciuitatis sit, & requiratur quod habeat Episcopum. circa quam quæstionem Bart. in l. vnica. num. 3. C. de Metropol. Beryto. lib. 11. & ibi Ang. num. 2. dicunt ciuitatem constitui, & appellari posse, sola Principis voluntate volentis aliquẽ locum esse ciuitatem. vnde possibile est esse ciuitatem, licet non habeat Episcopum, quia Princeps non potest facere Episcopum, sed dat alia priuilegia, & sic non sequitur si summus Pontifex priuat ciuitatem Episcopo, ergo desinit esse ciuitas. Hinc scribit Innocent. in cap. cum ab Ecclesiarum. extra de officio ordinarij. Si summus Pontifex, Imperator, vel alius Princeps ex certa scientia scribat vni loco tanquam ciuitati, sciens non esse ciuitatem eo ipso efficitur ciuitas, quia sola Principis voluntas sufficit vt ciuitas dicatur, & constituatur. Clementina si Summus Pontifex. de sentent. excomm. Bart. in l. vlt. num. 5. ff. de Collegijs illicitis, dicẽdo enim quòd si ciuitas, videtur concedere ei omnia priuilegia ciuitatis. Bart. in constit. qui sint rebelles. in verbo Lombardiæ. num. 5. & 6. vbi etiam dicit quòd ciuitas verè sine Episcopo dicatur, & licet ex causa ciuitas priuetur Episcopo, nõ tamen per hoc desinit esse ciuitas, & quod ad esse ciuitatis non requiratur Episcopus, text. est in cap 1. extra de priuilegijs, & ibi Abbas in 1. notab. & etiam ibidem Decius. text. notab. in cap. Episcopi 80. distinctione, vbi Episcopi non debent in modicis & paruis ciuitatibus constitui, ne vilescat nomen Episcopi, & in c. audiuimus. 3. quæst. 2. & quòd hoc sit verum demonstratur: nam antequàm esset constituta dignitas Episcopalis iam erant ciuitates constitutæ, quia Episcopatus fuit creatus post aduentum Christi, tempore Apostolorum, in concilio publico 96. distinct. cap. olim. & tamen ciuitates erant ante aduentum Christi. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure 21. dist. cap. cleros. Iason in l. si

hæres

hæres.76.§.1. num.4. 5. & 6.ff.de legat.1. Marcus decis. 366. num.26. volum.1. & hoc de iure puto verissimum. De consuetudine tamen, & vsu communi maximè in Italia ciuitas illa dicitur, quæ habet Episcopum. Bart. in l.6.§.vlt.ff.de excus. tut. & ciuitas Metropolitana dicitur, quæ habet Archiepiscopum, quæ etiam dicitur ciuitas maxima. Bartol.in d.l.6.§.1.num.5. in 2.lectura. glos. in l.vnica.& ibi Bart.& Angel.num.1.C.de Metropol.Beryto.lib.11.nam ciuitas honoratur quibusdam dignitatibus, quibus alij loci ipsa ciuitate inferiores, vt sunt villæ, castra, & vici non honorantur, glos. in d.l.si hæres §.1.ff.de leg.1.& inter alias Episcopali decoratur dignitate; moribus itaque receptum est, vt dignitas Episcopalis, quæ est in loco faciat ciuitatem, & ita videtur sentire Federicus Imperator in constitutione illa de pace Constantiæ. Bart. in l.2. num. vlt.ff. de verb.signific.& in l.vlt.num.5.ff.de collegiis illicitis,& in d ver. Lombardiæ num.5. & 6. Marcus dicta. decis.366.num. 26. vol.1. Castr. in l.1.num.3.ff. quod cuiusque vniuer. nom. vbi expressè dicit ciuitatem hodie non posse dici, & appellari, nisi habeat Episcopum à Summo Pontifice constitutum, licet olim aliud esset,& ita concludendum est, ad hoc vt aliquis locus Ciuitas dicatur, requiri Principis voluntatem, & Episcopi constitutionem, si hoc consuetudo exposcat. Ioannes Andreas in d.cap.si ciuitas. num.6. latè de hac materia Hieronymus de Monte in tract. de finib. regundis. cap.5. num.1. cum pluribus sequentibus vbi multa ponit de hac secunda vniuersitatis specie, nempè de ciuitate. Sequuntur in descriptio-
17 ne supra dicta ciuitatis illa verba, muris cincta, † nam ciuitas est, quæ muris cingitur, & circundatur, & ciuitatis, seu vrbis appellatio muris finitur. l.2 & ibi Bart. num.2.ff.de verb. signific. l. vt Alfenus.ff.eodem.l. nam quòd liquidè.§.si ita, & ibi etiam Bart. num.1.ff de penu legata.l.1.C.ne rusticani ad vllum obsequium deuot. lib.11. Doctores in d. cap.si ciuitas. Iason in l.si hæres.§. 1.num.4.5.& 6.ff.de lega.1.glos. in cap.1.in verbo ciuitatibus.extra de iureiurando in 6. Bart.in l.1.§.siue autem.ff. de oper. noui nunc. Marcus decis. 365. num.34. vol.1.

vol.1. Hieronymus de Monte in d.c. 5.num.1. quibus in locis volunt supra dicti Doctores propriè & strictè Ciuitatem eam dici, quæ muros habet, & ob id propriè loquendo continere,& includere id duntaxat, quod intra muros, & ambitum continetur, nō autem suburbia, & continentia ædificia compræhendere. licet Bald.in l. 8. in 2. lectura. num.1. ff. quod cuiusque vniuers. nom. dicat de essentia ciuitatis non esse necesse quod habeat
18 muros. † Quòd si ciuitas habeat muros veteres, antiquos, & etiam nouos dicitur ciuitas esse, quæ est intra muros nouos. Bart. in l.2.num.vlt.ff.de verbor. signific.
19 † Qui muri, & mœnia ciuitatum, & municipiorum sunt quasi diuini iuris. vndè in eis delinquentes capitali afficiuntur pœna.§. sanctę. Instit.de rerum diuisione, quæ pœna secundum Angel. ibi num.1. & alios Doctores locum habet, duntaxat in violantibus almæ vrbis mœnia, in cæteris autem pœna sit arbitraria. Hieronymus de Monte in tract. de finibus regundis. cap.5. num.11. Cæterùm sciendum est olim & antiquitus antequam essent Episcopi & Archiepiscopi, tres fuisse or-
20 dines ciuitatum. † Nam quædam maximæ, quædam magnæ, & quædam paruæ dicebantur; Maximæ ciuitates dicebantur illæ, in quibus erat forum causarum, cui suberant multæ aliæ ciuitates etiam habentes merum imperium; Magnæ ciuitates dicebantur illæ, quæ habebant merum imperium, non tamen habebant alias ciuitates sub se; Paruæ dicebantur illæ, quæ non habebant merum imperium, sed solum iurisdictionem, quæ datur defensoribus ciuitatum. Hanc distinctionem tra-
21 dit I.C. in l. si duas. §. decet.ff.de excus. tutorum. † Illa ergo ciuitas, quæ erat maxima vocabatur Metropolitana,& hoc respectu inuentum est vt Ciuitas, cuius sedes est Archiepiscopalis, dicatur Metropolitana, quia habet plures Episcopos sub se habentes merum imperium. Illa verò quæ habet Episcopum dicitur ciuitas, non Metropolis. Bart.in l.vnica.num.2.C.de Metropoli. Beryto.lib.11.& ibi etiam Angel. in princ. Bart. in constitutione, qui sint rebelles.in verbo Lombardię.num.7. Marcus decis.366. num.16.in fine, & num.19. 20. & 21. vol.1.

volum. 1. Postremò pro complemento istius materiæ
22 sciendum est vniuersitati † ciuitatum de iure communi cohæret iurisdictiones tantum vsque ad certam quantitatem, & in leuioribus criminibus, sed merum, & mixtum imperium non habere. l. 1. C. de defensoribus ciuitatum, & in Authen. de defens. ciuitatum. §. & iudicare. §. iudicent. §. iusiurandum, in fine. fallit quibusdam ciuitatibus, quibus hoc est concessum de iure communi, vt ciuitati Romanæ. l. 1. §. cum vrbem. ff. de officio præfecti vrbi, & in alijs quibusdam ciuitatibus Lombardiæ, quæ hoc habent ex illa constitutione Federici extrauaganti de pace Constantiæ, de qua fecit mentionem glos. magna in d. §. iusiurandum. Aliæ verò ciuitates si habent merum vel mixtum imperium, illud habent vel ex priuilegio speciali, vel ex præscriptione, & consuetud. ne legitima, vel forte vtuntur de facto. Bart. in l. 1. num. vlt. ff. de dam no infecto & in l. imperium. nu. 7. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & in rubrica. C. de iure Reipublicæ. lib. 11. & consil. 189. numero primo volum. 1. Purpuratus in d. l. imperium. num. 131. cũ pluribus sequẽtibus. Marcus dicta decis. 366. num. 16. Bart. in d. verbo Lombardiæ. num. 5. Castrensis in l. si hæres.
23 §. 1 num. vlt. ff. de legat. 1. † Hinc ciuitas non potest confiscare bona, nam confiscare bona est meri imperij. l. 1. C. de bonis vacant. lib. 10. nisi hoc habeat ex priuilegio, vel consuetudine, nam ista sunt paria. Innoc. in cap. po-
24 stulasti. extra de foro competen. † Cæterum ciuitas & vrbs, vnum & idem sunt. l. si quis. l. singulorum. C. de ædifi. priuatis. l. præscriptio. C. de operibus publicis. Bart. in §. 1. num. 4. & 5. Auth. quibus modis natur. efficiantur
25 sui. † Hinc fit vt vrbis appellatione non contineantur castra & villæ, quemadmodum nec appellatione ciuita-
26 tis. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de penu legata. † vbi legatum factum de eo, quod est in vrbe, non extenditur ad ea, quæ sunt in castris, & villis. Bart. in l. 7. §. 1. num. vlt.
27 ff. de excusat. tut. in 2. lectura. † Nam vrbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificijs finitur. l. 2.
28 ff. de verb. signif. † vrbs autem simpliciter posita intelligitur de Romana. §. sed ius quidem ciuile. Instit. de

iure nat. gent. & ciu. Bart. in d. l. 2. num. 2. ff. de verb. si-
29 gni. † & vrbs dicitur ab vruo, quod est curuatura aratri,
quod in condenda ciuitate solet adhiberi. l. pupillus. §.
vrbs. ff. de verb. signif. glo. in l. 2. ff. eod. tit. antiqui enim
religionis causa die auspicato iunctis bobus, interiore
aratro circumagebant sulcum, intra quem vrbem ædi-
ficarent. vnde Virg. scriptum reliquit illud carmen:

Apta dies legitur qua mœnia signet aratro.

Cagnol. in l. j. num. 6. ff. de orig. iur. ciuil. vt etiam è con-
trario in euertendis vrbibus aratrum pariter solebat
adhiberi. l. si vsusfructus ciuitati. ff. quibus modis vsus-
30 fruct. amitt. † Patria etiam, & ciuitas, seu vrbs, vnum
& idem sunt, & æquiparantur. Bart. in l. 2. num. 2. ff. de
verbor. significat. verbum tamen patriæ ponitur latius
quàm vrbis vel Ciuitatis nomẽ, vt ibidem scribit Bart.
in l. 5. C. de incolis lib. 10. & in l 3. num. 1. C. de natura-
31 libus liberis. † Municipium etiam, & ciuitas vnum &
idem sunt; latiùs tamen ponitur municipium, quàm ci-
uitas, quia municipium potest etiam accipi pro castro
& villa. l. j. ff. ad municipales. glo. 2. in l. legatis. ff. ex qui-
bus causis maiores. Alex. in l. 8. §. tutor. num. 2. ff. qui sa-
32 tisdare cogantur. Marcus decis. 800. num. 1. vol. 1. † qui-
bus etiam in locis ponitur vnde dicatur municipium,
seu vnde appellentur municipes. & glos. in rubrica. C.
33 de municipibus, & originariis lib. 10. † Communitas
etiam est nomen generale pertinens ad vniuersitatem
ciuitatis, castri, & villæ, & cuiuslibet municipij, eo
quòd ab ipsa hominum communitate principaliter re-
gatur. Bart. in constitutione ad reprimendum, in verbo
34 Communitas, † Reipublicæ etiam nomen multis modis
accipitur in iure nostro, vt scriptum reliquit Accursius
in Authen. de hæredibus & Falcidia, in princ. in verbo
reipublicæ. & ibi Bart. num. 2. & in Rubrica. C. de iure
fisci, lib. 10. num. 4.

Primo enim accipitur pro toto, & vniuerso Impe-
rio Romano, vt in proœmio, ff. veteris. in principio,
omnem totius Reipublicæ nostræ sanctionem, idest to-
tius Imperij Romani. ita ibi explicat. Accursius in ver-
bo sanctionem. Ita etiam accipitur in dicta Authent.

appellatione Reipublicæ. Olim tamen Rempublicam non habebat nisi Populus Romanus, vel Imperator; hodie verò quælibet ciuitas, quę superiorem non recognoscit, aliæ verò ciuitates, castra, & municipia subdita non dicuntur propriè & strictè habere Rempublicam, sed impropriè, & largo modo. Castren. in l. 1. §. 1. in princ. ff. quod cuiusque vniuers. nom.

Explicitis quibusdam verbis, seu nominibus vniuersitatem denotantibus, & maximè pertinentibus, seu cõstituentibus hanc secundum vniuersitatis speciem, de qua supra loquuti sumus, restat vt ad tertiam vniuersitatis speciem accedamus, quæ est minima respectu su-
35 pradictarum, † & est castrum, villa, oppidum, vicus, burgus, & huiusmodi, quę sunt quid vniuersale, & quædam vniuersitatis nomina continentia in se iura vniuersitatis. s. iurisdictionem, honorem, territorium, districtum, & pertinentias. Borgn. decis. 50. num. 1. folio
36 mihi 420. † Castrum autem dicitur, quasi casa alta, seu fortis, & munita muris, seu vallo, vel dicitur castrum, quasi casa stricta, quia habitatio castri non debet esse diffusa, & nimis spatiosa, ne multa egeat custodia. l. quicunque Castellorum. C. de fundis limitrophis lib. 11. Doct. in cap. si ciuitas. de sent. excõm. in 6. Bar. in constit. qui sint rebelles, in verbo Lombardiæ, num. 4. Felyn. in c. Rodulphus. extra de rescriptis, Ias. in l. si hæres. §. 1. nu. 7. ff. de leg. 1. Marcus decis. 366. num. 28. vol. 1. Gaill. obseruat. 62. num. 1. lib. 2. & licet superius dixerimus castrum continere in se vniuersitatem, territorium, distri-
37 ctum, & iurisdictionem, † potest tamen castrum esse sine vniuersitate, idest sine districtu, territorio, & iurisdictione, l. per prouincias. C. de ædificiis priuatis, quo casu de iure communi nullo speciali gaudet priuilegio, sed
38 ciuitati vicinæ subest, † secus si subditos habeat, & ius territorij, seu vniuersitatis, quo casu castrum ijsdem vtitur priuilegijs, & iuribus, quibus ciuitas, vel alia vniuersitas. Gaill. d. obseru. 62. num. 2. & 3. & per totam; vol. 2. & obseru. 61. per tot. lib. 2. vbi etiam latè tractat de iuribus castro competentibus, & eius pertinentijs, &
39 de multis alijs rebus ad castra pertinentibus; † Villa aũt

cuius mentionem facit I. C. in l.83.§. qui fundum.ff. de legat.1. ponitur pro ædificio posito in rure. l.fundi appellatione.ff.de verb.signif.glo.in l.8.§.vlt.in verbo villam.ff.sol.mat.l.si ita.§.fin.ff.de fundo instructo.l.fundi.ff.quibus modis vsusfr. amittatur. l. hæres.& ibi glos.ff.de vsufructu legato, inde venit, & dicitur villicus, qui propter fructus percipiendos in rure præponitur, vt dicit I. C. in l.si cum villico.ff.de instit. act. Ias. in d.§.qui fundum.num.5. sed nos in hoc nostro tractatu vniuersitatum accipimus villam, prout est congregatio hominum, & vnitas quarundam domorum, sine muris, quasi vallis vallata & circundata, quia non munitione murorum, sed vallatione multorum fortificatur, nam villa illa est, quæ est extra muros ciuitatis l.1.C.ne rusticani ad vllum obseq.deuot.lib.11. Bart.in l.1.§.siue autem.nu.1.ff.de operis noui nunc. Ias. in l. si hæres.§.1.num.8.ff.de legat.1. & in l.83.§. qui fundum num.5. ff.eod. Marcus decis.366.num.27. vol.1.Bar. in d.l.si hæres.§.1.glo.in §.& quidem naturali, in verbo villis. Instit. de rerum diu. In Gallia tamen villa idem est, quod ciuitas, apud nos dicuntur ædificia sine muris, & fossis. Bart. in constit. qui sint rebelles, in verbo Lombardię, num.3.Ias.in d.l. si hæres.§.1.num.6.ff de lega.1. Marcus in loco supra al-
40 legato, † & consistit villa ex quinque hominibus patri-
41 bus familias. Alex in l.31.num.7.C.de testamentis, † & sumit principium ex ingressu, qui respicit ciuitatem. Nam ibi est frons, & caput villæ, si tamen vna domus multum distet ab alijs, in quibus est collectio familiarũ; Talis domus non vocatur caput villæ, sed dicitur de cohærentijs, & appenditijs villæ, non de intrinseco corpore villę, & dicitur multum distare, si non audiant vocem ipsorum clamantium ad inuicem, cum enim villæ construantur, vt vnus alijs subueniat, qui tantum distat, vt illam subuentionem de facili habere non possit, non dicitur propriè habitare in villa Bald. in rubr.ff.de rerum
42 diuis.num.27. † Natus autem in villa, castro, vel vico sortitur originem ex illa ciuitate, cui villa, vicus, & castrum subest, tractandusque est, vt ciuis illius ciuitatis, licet soleat esse in aliquo deterioris cõditionis. l.si quis.

C.de

C. de natur. liberis, vbi nati in villa, vico, vel castro quò ad honores, & onera gaudent ijsdem priuilegijs, ac si fuissent nati in ciuitate cui subsunt, & hoc ibi tenet glo. in verbo censeatur. Hinc Virgilius vocatur Mantuanus, licet fuerit natus in vico, seu villa vicina. l. qui ex vico. vbi de hoc est textus, & ibi etiam glo. ff. ad municipales, Castrensis in l. 76. §. 1. num. 2. ff. de legatis 1. Marcus decis. 366. num. 9. 10. 11. & 38. vol. 1. Bart. in l. 3. num. 1. & 2. C. de natur. liberis. Cagnol. in l. imperium. num. 174.
43 & 176 ff. de iurisdict. omn. iud. † Vicus est nomen generis & de ipso facit mentionem I. C. in d. l. qui ex vico. ff. ad municipales, & in l. si hæres. §. vicis. ff. de legatis 1. & vicus est, qui nulla ciuitatis dignitate honoratur, sed quia vice ciuitatis cui subest regitur, ideo vicus dicitur, vel quia vijs, & non muris clauditur. glo. 1. in d. §. vicis.
44 † Oppidum autem quid sit, & vnde dicatur ponit I. C. in l. pupillus. §. oppidum. ff. de verb. signif. vbi dicit quòd oppidum dicitur ab ope, cuius rei causa mœnia sunt cõstituta, & dicitur terra muris cincta, quę fert opem contra hostes. Ias. in l. si hæres. §. 1. num. vlt. ff. de legat. 1. &
45 hoc de stricta significatione vocabuli † Largè enim & generaliter oppidũ dicitur quælibet ciuitas præter Romanam vrbem. Marcus dicta decis. 366. num. 29. vol. 1. Cagnol. in proœmio digestorum. §. illud verò num. 274.
46 † Burgus etiam est nomen vniuersitatis. l. penult. C. de fundis rei priuatæ. lib. 11. Bart. in d. l. si hæres. §. 1. & burgus dicitur pars ciuitatis cohærés, licet sit extra muros, & qui habitant in burgis, dicuntur habitare in ciuitate Marcus decis. 365. num. 41. vol. 1. de quibus suburbijs, seu pomærijs loquitur I. C. in l. 5. ff. de seruis exportandis & multa ponit Hieronymus de Monte in tract. de finibus regund. cap. 5. num. 12. cum pluribus sequenti-
47 bus: † Terra comprehendit non solum castrum, & villam, sed etiam regnum, ciuitatem, & prouinciam. cap. cum in partibus. extra de verb. signif. Hieronymus de Monte in tract. de finib. regun. cap. 5. num. 9. & in libris feudorum titulo de pace tenenda in principio, à terrendo tunc dicta prout, & territorium, nempè quod intra eos terminos dominus vel magistratus terrendi ha-

beat potestatem. l. pupillus.§.territorium.ff.de verb. signif. De qua materia videre licet Bart. in l.1.§. siue autem. Et ibi in addit.ff.de operis noui nunc. Alexan.consil.47. num.9. vol.6. Marc. decis.365. per totam, vol.1.
48 † Sed quia prouinciæ,ciuitates,castra,quę constituunt supradictas tres vniuersitatum species regulariter habent sub se territoria, districtus, comitatus, curiam,iurisdictionem,diocesim,& parrochiam,& multa alia huiusmodi generis, idcirco de eis esset videndum. Sed ne longius discurram, & vager, quàm par est: ideo me remitto ad ea, quæ plenè de hac materia ponit Hieron. de Monte in d. tract.de finib.regun. cap.5.6.7.8. & 9.

Videndum nunc restat post explicationem locorum, qui constituunt hãc tertiam vniuersitatis speciem,quænam iurisdictio sit penes istam castrorum, seu villarum
49 vniuersitatem, † si quidem igitur ista castra, seu villæ subsunt alicui ciuitati, vel alteri castro magno, nullam hoc casu iurisdictionem habent, sed ciuitas cui subsunt habet iurisdictionem in eis. l.qui ex vico, ff. ad municipales.l.4.C.de natur.liberis,l.nulli.§.quòd si in vico.C. de episcopis, & clericis.§.si quis igitur ex qualibet auth. quibus modis naturales efficiantur sui, nam ciuitas de iure communi habet plenam iurisdictionem in locis sibi subiectis, Popiensis in forma libelli in actione negatoria in verbo spectat,& pertinet.num.1. Quandoque talia castra,seu villæ nulli ciuitati subsunt,sed soli Præsidi prouinciæ,tunc magistratus eius municipij habent eandem iurisdictionem, quam defensores ciuitatis, de quibus habemus titulum.C. de magistratibus municip. illa ergo castra, quæ vtuntur mero vel mixto Imperio, aut hoc habent ex priuilegio, aut ex consuetudine, seu præscriptione,aut de facto hoc faciunt Bart.in l.1. num.vlt. ff.de damno infecto, & in l. Imperium. num.7. ff. de iurisdictione omn. iudic.& cons.189. num.1.vol 1. Purpuratus in d.l.Imperium, num.199. in fine,& num. 200. & 201. Marcus decis.366.num. 16.volum.1.Castrens.in l.si hæres.§.1.num.3.ff. de legatis primo, vbi in specie dicit penes vniuersitates castrorum vel villarum nullam esse iurisdictionem: ideo sibi non possunt de iure communi

elige-

eligere Magistratum, sed mittuntur à ciuitate superiori cui subsunt, qui ibi exercent iurisdictionem. d.l. qui ex vico.ff.ad municipales, l.fin. C. de testamentis. Bart. in constitutione, qui sint rebelles, in verbo Lombardiæ. num.4.& 6. Iason in l.1.in princ.ff.de iurisd.omn. iudic. Quod autem supra dictum est castra ciuitati non subiecta eandem habere iurisdictionem, quam ciuitas seu defensores ciuitatum intelligitur, & procedit quando quis præest castro tanquam Magistratus, & Iudex, aliud si vt dominus, quia tunc habet merum, & mixtum imperiũ, nisi aliud esset ex consuetudine, vel priuilegio, & con-
50 cessione Principis; † Cùm enim in eo, & penes eũ omnis iurisdictio dumtaxat sit, & reperiatur, potest illam prout vult alteri communicare. Cagnolus in d.l. impe-
51 rium.num.180.181.& 182.ff.de iurisd. om. iud. † Ex supradictis igitur patet castrum de necessitate non esse ciuitati subiectum, non enim tenet consequentia, est ca-
52 strum, ergo est ciuitati subiectum, † maximè cum quælibet res præsumatur libera l.Altius. C.de seruitutibus. Cagnol. in d. l. Imperium.num.177 & 178.vbi etiam remissiuè ponit quo probetur castrum esse ciuitati subie-
53 ctum. † Quarta, & vltima species vniuersitatis dicitur simplex collegium, quod dicitur qñ plures simul cohabitant, sic dictum qm plures simul colliguntur. glos. in rubrica.ff.de collegijs illicitis, & ibi etiam Bart. glos. in l.1.in verbo collegium.ff.quod cuiusque vniuers. nomi-
54 ne. † Et in hoc differt à societate, quia societas dicitur quando simul non cohabitant, glossa j. in d. l. j. ff. quod
55 cuiusque vniuers. nom. † Corpus vero est nomen generis, & dicitur propriè siue simul habitant, siue non, glo.j.in l.3. §. à municipibus.ff.de bonorum possessionibus. Bart. in d.rubrica.ff.de collegijs illicitis, glos. in l.j. in verbo corpus, & ibi etiam Bart. in princ. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Bart. in constitutione ad reprimendum, in verbo corpus. num.1. Marcus decis. 799. num.5.volum.1.Bald.in l.1.num.2.& 3.ff.quod cuiusque vniuers. nom. vbi etiam ponit definitionem societatis.
56 † Hinc Bart.in rubr.ff.de collegijs illicitis dicit collegia multa nomina habere, nam quædam collegia appellan-

tur societates. l. j. in princ. ff. quod cuiusq; vniuers. nomine; quædam appellantur fraternitates, vnde illi de tali collegio appellantur confratres. l. vlt. ff. de collegijs illicitis; quędam appellantur sodalitia, vnde illi de tali collegio dicuntur sodales. l. 1. l. sodales. l. vltima. ff. eod. tit.
57 de collegijs illicitis. † Collegium autem constituitur, & consistit ex tribus personis de iure ciuili. l. Neratius. ff. de verb. signific. l. sicut. §. vltimo, & ibi glos. & Bart. in princ. & num. 1. ff. quod cuiusque vniuers. Bartol. in l. 4. num. 1. ff. vi bonorum raptorum, glossa, & Bart. in rubr. ff. de collegijs illicitis. Bald. in rubr. C. pro socio. num. 3.
58 vbi ponit rationem † quare collegium in duobus consistere non possit, quia in duobus non inuenitur maior pars, & si esset discordia non posset expediri per duos. l. si vnus. §. si in duos. ff. de receptis arbitris, glos. in cap. 1.
59 de electionibus † licet glos. in cap. 1. 10. q. 1. voluerit tenere q. de iure canonico duo faciant collegium, de quo videre licet Ioan. de Imol. & Panorm. in d. c. 1. de elect.
60 Marc. dicta decis. 799. num. 3. volum. 1. † Congregationem autem duo homines faciunt, & constituunt. glo. in d. c. 1. de elect. Bart. in l. 4. num. 3. ff. vi bonorum rapto-
61 rum † Turba hominum, seu cętus hominum sunt vnum
62 & idem, & fiunt ex centum hominibus. † Multitudo autem hominum potest verificari in maiori vel minori numero, Bart. in d. l. 4. num. 22. Boerius in tractatu de sedi-
63 tiosis. c. 3. num. 2. † Populus constat, & constituitur ad minus ex decem hominibus. Glo. in d. c. 1. Bart. in d. l. 4.
64 num. 4. Boerius in loco citato. num. 3. † Gens dicitur ex minori numero decem, & verificatur in quatuor vel
65 quinque † licet populus, & gens vnum, & idem esse videantur. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. iuncto §. omnes populi. Instit. de iure nat. gentium, & ciuil. vbi, in vno loco dicitur gens, & in alio populus, & sic videntur poni pro vna, & eadem re; Bart. in d. l. 4. num. vlt. l. 1. & ibi glo. & etiam in addit. in margine. ff. de probat. Bart. in l. 7. §. in decurionibus. nu. 2. ff. quod cuiusque vniuer. nomine, & ibidem Castrensis. num. 5. Innocentius in d. cap. 1. de electione, Boerius in tract. de seditiosis cap.
66 3. num. 1. Cæterum † illud sciendum est penes istam

vniuer-

vniuersitatem simplicis collegij non esse merum, neque mixtum imperium neque iurisdictionem. l. vlt. C. de iurisd. omn. iud. Bar. in l. imperium. num. 7. ff. de iurisdict. omn. iud. Purp. ibid. num. 202. Præterquam in his, quæ pertinent ad ipsum collegium, seu quæ respiciunt arté, negotiationem, seu professionem eorum, qui sunt de tali collegio.
67 † In istis enim collegia habent iurisdictioné, & sic possunt facere leges, & statuta, ita tamen vt huiusmodi statuta alijs non præiudicent, vt puta si faciant legem seu statutum, vt certæ tantum personæ possint illam professionem exercere, & non alij. l. vltima. ff. de collegijs illicitis. l. 1. C. de monopolijs, & de ijs tantum possunt statuere, & disponere quæ simul habent facere, de alijs vero non. l. 1. & ibi not. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Bart. in d. l. vltima num. 20. ff. de collegijs illicitis.

Explicitis vniuersitatum speciebus, necesse est vt videamus an & quando vniuersitates, collegia, aliaque corpora censeantur, & sint permissa, & approbata, &
68 quæ sint illicita, & reprobata. † Sciendum itaque est vniuersitatem, & congregationem cuiuscunque castri, ciuitatis, vel villæ esse permissam, & approbatam, de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. glos. in l. 1. in verbo aliorum ff. quod cuiusque vniuers. nom. Innocentius tamen in capit. ab ecclesiarum. extra de officio ordin. videtur tenere quòd non gaudeat huiusmodi vniuersitas priuilegio ciuitatis, castri, vel villæ, nisi approbetur à superiore; Sed veritas est istam approbationem non esse necessariam, cùm à iure gentium hoc sit permissum. Item à iure ciuili hoc non est re-
69 probatum, † nisi quando illa ædificiorum collectio tenderet ad æmulationem alterius ciuitatis, vel castri. l. opus. ff. de operibus publicis. l. per prouincias. C. de ædificijs priuatis: glos. in l. 2. in verbo antiquitas. C. de fundis limitrophis libro 11. Bar. in d. l. ex hoc iure. num. 7. Prædicta autem sunt vera, quantum ad hoc vt dicatur populus, quãtum verò ad hoc vt illa ædificiorum collectio sit ciuitas, requireretur aucto-
70 ritas superioris. † Ad Principem enim pertinet facere

aliquem

aliquem locum ciuitatem, maximè cùm in vsu communi præcipuè in Italia nō appelletur ciuitas, nisi illa, quæ episcopum habet, sed hoc fieri non potest sine auctoritate Summi Pontificis, diceretur tamen castrum, terra, seu communitas, & esset populus seu vniuersitas licita,
71 & approbata: fatetur tñ ibidem Innocentius, † quod talis vniuersitas ciuitatis, castri, vel villæ censetur approbata, eo ipso quòd superior illi rescribit tanquàm ciuitati, castro, vel villæ.. Nulla tamen confirmatio, vt dictum est requiriritur. Bar. in l. vltima, num. 5. ff. de collegijs illicitis, & in l. 2. nu. vlt. ff. de verb. signif. vbi in terminis dicit, quòd homines possunt ciuitatem propria auctoritate sibi ipsis constituere, sine superioris licentia. glo. in l. 1. & ibi etiam Bar. num. 1. & 2. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Congregatio igitur cuiuslibet ciuitatis, castri, villæ, & populi est permissa, & approbata de iure
72 gentium, † non tamen possunt plura castra, villæ, ciuitates, dominum, & superiorem recognoscentes, inuicē simul fœderari, & colligari sine ipsius superioris auctoritate. Ista enim sunt sodalitia, & collegia prohibita. l. 1. ff. de collegijs illicitis, secus in ciuitatibus, & alijs locis, qui non recognoscunt de facto in temporalibus superiorem. Possunt enim simul tanquàm loci liberi fœderari, & colligari. Bart. in l. vltima, num. 10. & 11. ff. de
73 colleg. illiciti. † Burgus etiam dicitur vniuersitas à iure approbata, tanquàm pars ciuitatis. Marcus decis. 800. num. 6. vol. 1. & decis. 365. num. 41. eodem vol. l. penult. C. de fund. rei priuat. lib. 11. Bar. in l. si hæres. §. vicis, ff.
74 de legat. primo. † Circa verò alia simplicia collegia an & quando censeantur approbata, licita, & permissa, superest videre. Præmittendum igitur est verissimam es-
75 se regulam illam, † collegium omne esse reprobatū, eo ipso quòd non est specialiter approbatum à iure, vel à Principe. l. 1. ff. de collegijs illicitis, l. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Bart in l. si quis à filio, §. si parti, num. 1. ff. de legat. 1. l. 3. §. 1. ff. de collegijs illicitis. glos. in d. l. 3. in verbo illicita, ff de collegijs illicitis, Boerius in tract. de seditiosis, cap. 5. num. 1. 3. & 4. Bart. in l. vltima, nu. 5. ff. eod. & in l. ex hoc iure, num. 7. ff. de iust. & iure. Videamus

deamus

deamus igitur quæ sint ista collegia, quę specialiter à iu
76 re reperiuntur concessa, & approbata. † Primò cuilibet permissum est facere collegium ad suam iustitiam consequédam, glosa in l.1.§.1. in verbo aliorum, ff. quod cuiusque vniuers. nom. Bart. in d.l. si quis à filio. §. si par
77 ti.nu.1.ff.de legat.1. † Secundo collegium omne, quod fit pietatis causa, & religionis intuitu est approbatū de iure communi, vt sunt istæ fraternitates disciplinatorū, & huiusmodi alia. l. 1. §. sed religionis. ff. de collegijs illicitis. Bar. in l.cùm Senatus, num.4. ff. de rebus dubijs, & in l.5. §. quibusdam, num.2. ff. de iure immunit. & in l. vltima, num.14. & 15. ff. de collegijs illicitis, glosa in l. 1. §. 1. in verbo aliorum, ff. quod cuiusq; vniuers. nom. Sed in huiusmodi collegijs prætextu religionis non debent tractari alia, quæ respiciunt regimen ciuitatis, & huiusmodi alia; & si hoc fieret, locus esset pœnæ. Bart. in l.2. ff. de extraordin. criminibus, & in d.l.1. §. sed religionis. Supradictis tamen aduersari videtur tex. in cap. religionū diuersitatem. extra de religiosis domibus, in 6. vbi nullum collegium causa religionis potest institui sine auctoritate Summi Pontificis. ergo de iure communi huiusmodi collegia causa religionis instituta non censentur approbata. Bart. in d.l. vlt. num.6. ff. de collegijs illicitis. Huic dubitationi respondet hoc pacto distinguendo;
78 † aut quis vult instituere collegiū causa religionis, ita vt personæ remaneant sæculares vt sunt collegia disciplinatorum, & huiusmodi alia, & ista permissa sunt de iure communi. dicto §. sed religionis, aut vult quis instituere collegium causa religionis, ita vt ecclesiasticæ personę efficiantur, & istud non potest fieri sine auctoritate Summi Pontificis, & ita procedit textus in d.c. religio-
79 num diuersitatem. † Tertiò collegium licitum possunt facere plures simul habitantes, & sic possunt facere sindicum, vnde tres, vel quatuor scholares simul habitantes possunt facere collegium licitum, & Sindicum constituere, licet nonnulli teneant contrarium eò, quòd simul non habitent animo faciendi collegium, sed vt cōmodius viuant. l. vlt. ff. de collegijs illicitis, & ibi Bart. num.3. & 4. vbi omnes, qui habent multa facere, & tra-

ctare

stare simul possunt facere collegiũ approbatum de iure commu. glosa in l. 1. §. 1. in verbo aliorum, & ibidem
80 Bart. nu. vltimo, ff. quod cuiusq; vniuers. nom. † Quartò collegium plurium personarum facientium vnam, & eandem artem in aliqua ciuitate, vel loco est approbatum de iure communi. l. vltima, & ibi Bart. num. 8. ff. de collegijs illicitis. l. 1. cum glosa, ff. quod cuiusq. vniuers. quæ artes, professiones, & negotiationes enumerantur in l. fin. ff. de iure immunit. glo. in d. l. 1. & ibi Bar. nu. 1. & 2. quod cuiusque vniuers. nomine: quibus etiam collegijs, & corporibus artificium aliqua immunitatis priuilegia à iure concessa sunt. l. penult. & vltima, ff. de iu-
81 re immunitatum. † Quintò collegium Doctorũ, & vniuersitas scholarjũ est approbata de iure cõmuni. auth. habita. C. ne filius pro patre, glo. in d. l. 1. in verbo alio-
82 rũ. Bart. in d. l. vlt. num. 7. ff. de collegijs illicitis. † Sextò collegium pauperes personæ possunt facere ad sustentationem earum vitæ, & est approbatum de iure communi, dum tamen non conueniant plus quàm semel in mense. l. prima, ff. de collegiis illicitis. Bart. in l. vltima,
38 num. 9. ff. eod. † Septimò congregatio, seu collegium, & curia decurionum dicitur vniuersitas licita, & approbata, glo. in l. 1. §. 1. in verbo aliorum, ff. quod cuiusque vniuersitatis nom. de qua materia, quæ scilicet collegia dicantur licita, & approbata plenè tractat Innocent. in cap. dilecta in Christo per totum. extra de excessibus prælatorum. Azo. in summa tit. ff. quod cuiusque vniuers. nom. per totũ titulum. Præter igitur supra dicta, & alia, quæ expressè, & specialiter à iure vel à Principe reperiuntur concessa, & approbata, omnia alia collegia
84 sunt illicita, & reprobata, † & auctores istorum collegiorum tenentur, l. Iulia maiestatis, & l. Iul. de vi publica, quasi hominibus armatis, & coadunatis hoc fecerint tex. est in l. 2. vbi etiam Bar. ff. de collegijs illicitis. glo. in l. 1. in verbo coercetur. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Licet autem auctores huiusmodi collegiorum illicitorũ puniantur hac pœna, homines tamen de huiusmodi collegijs etiam puniuntur, quia collegia ipsa dissoluuntur, l. 3. vbi Bar. ff. de collegijs illicitis, & in l. 1. in prin. & ibi

85 ibi etiam glosa, ff. quod cuiusq; vniuers. nom. † Sed hoc casu permittitur singulis de ipso collegio, & vniuersitate dissoluta pecunias communes, si quas habent diuidere, & alia bona communia inter se partiri, l. 3. in prin. ff. de collegijs illicitis, glo. in l. 7. in ver. non debetur, ff. quod cuiusque vniuer. nom. l. 1. in fine cum glo. in verbo competit, ff. de collegijs illicitis, & per hoc reprobatur opinio Peregrini in tract. de iure fisci, lib. 3. tit. 12. num. penul. & vltimo, vbi dicit si collegium illicitum destruatur auctoritate superioris bona per ipsum collegiū possessa vacare, & ad fiscum vti vacantia pertinere. Hoc enim est contra d. l. 3. in prin. ff. de collegiis illicitis.

Hactenus vidimus quid sit vniuersitas, quæ & quot sint vniuersitatum species, & quæ vniuersitates dicātur à iure approbatæ, & concessæ, nunc restat pro complemento istius primæ partis huiusce tractatus nostri, vt aliqua breuiter, & strictim dicamus de ipsarum vniuersitatum administratoribus, & officialibus.

De Vniuersitatum administratoribus, eorumque dignitate, qualitate, officio, priuilegijs, potestate, & auctoritate. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitates parū est habere bona, res, priuilegia, & alia iura, nisi sint officiales, qui ipsas vniuersitates regant, & administrent.*

2 *Leges, seu iura parum est esse in ciuitate, nisi sint magistratus, per quos ius quotidie in melius produci possit.*

3 *Administratores in duplici sunt differētia, aut enim sunt administratores bonorum, aut iustitia.*

4 *Populus vbi maximus est, ibi difficilis est eius congregatio.*

5 *Diffi-*

5 *Difficile dicitur quod cum labore, aut multo tempore fit.*
6 *Vulgus facile solet dissentire.*
7 *Plebs inest populo.*
8 *Homines faciles sunt ad dissentiendum.*
9 *Vniuersitas consentire non potest.*
10 *Decuriones quare fuerint constituti, & creati.*
11 *Decuriones vnde dicantur.*
12 *Decuriones hodie dicuntur Consiliarij ciuitatū, aliarumque communitatum.*
13 *Decurionatus olim erat principium onerum, & munerum municipalium.*
14 *Decurionum nomina scribenda sunt in albo.*
15 *Decurionatus est dignitas, & honor.*
16 *Decuriones non debent exercere officium tabellionatus, nec etiam officium procuratoris, cum sint officia vilia.*
17 *Infames repelluntur à dignitate Decurionatus.*
18 *Decurionatus honorem, & dignitatem libertus, qui ius aureorum annulorum adeptus non est, vel natalibus suis non est restitutus, non potest adipisci, & multo minus seruus.*
19 *Decurionatus officium an spurij, & incestuosi possint exercere.*
20 *Vtilitas publica facit, & operatur, vt etiam inhabiles admittantur.*
21 *Decuriones plures esse pertinet ad publicam vtilitatem, & concernit etiam vtilitatem, & commodum priuatum ipsorum Decurionum.*
22 *Decurionatus officium an Iudæus possit exercere.*
23 *Iudæis omnes interdictæ sunt dignitates.*
24 *Decurionatus habet in se honorem, & onus.*
25 *Decurionatus officio miles fungi potest.*
26 *Filij familias possunt esse decuriones, & an pater pro eis teneatur.*

27 Pa-

27 *Patria potestas nõ curatur, neque attenditur, in his, quæ sunt publici iuris.*

28 *Pater, filius, & plures fratres possunt esse simul decuriones, & alter alteri potest dare vocem suam, & suffragium.*

29 *Minores viginti quinque annis an et quando possint ad Decurionatus officium aspirare.*

30 *Fœminæ non possunt fungi officio Decurionum, nec alijs virilibus officijs.*

31 *Decuriones non possunt torqueri.*

32 *Decuriones non possunt ad mortem damnari inconsulto Principe.*

33 *Decuriones appellantur principes ciuitatis.*

34 *Decurionum res. & bona immobilia, non possunt de iure communi sine decreto alienari.*

35 *Decuriones possunt res proprias, etiam immobiles donare, & omnes alios contractus, excepto venditionis celebrare, sine decreto Iudicis.*

36 *Decuriones si lapsi sint facultatibus alimenta eis de publicis bonis, & reditibus decerni debent.*

37 *Decurionum ordo succedit, fisco excluso, decurioni sine hærede ab intestato decedenti.*

38 *Dcuriones habent immunitatẽ ab extraordinarijs muneribus.*

39 *Decuriones habẽtes duodecim liberos excusantur ab oneribus patrimonialibus.*

40 *Filius naturalis datus curiæ Decurionum efficitur legitimus.*

41 *Honos vbi est, ibi est & onus.*

42 *Decurionum officium quod sit.*

43 *Decuriones non possunt aliquod officium extra ciuitatem acceptare, nec à ciuitate discedere sine licẽtia superioris.*

44 *Decurio si reliquit ciuitatem, & iuit ad habitandum in villa, cogitur redire ad ciuitatem.*

45 *Decu-*

45 *Decuriones non possunt priuata, vel publica predia conducere, neque pro huiusmodi conductoribus fideiubere.*

46 *Decuriones maximam habent potestatem & auctoritatem circa regimen, & administrationem rerum publicarum.*

47 *Ordo decurionum, seu concilium ciuitatis, vel alterius vniuersitatis an, & quando repraesentet totum populum, & totam ciuitatem.*

48 *Factum à concilio ciuitatis, an, & quando censeatur factum à toto populo, & vniuersa ciuitate.*

49 *Decurionum ordo seu concilium ciuitatis an habeat eandem potestatem, quam totus populus, & adunãtia generalis.*

50 *Iudex appellationis quando non est in ciuitate potest appellari à sententiis Iudicis ordinarij ad ordinem Decurionum.*

51 *Ordo Decurionum an, & quando possit tutorem pupillis constituere.*

52 *Concilium ciuitatis an, & quando possit constituere sindicum.*

53 *Concilium ciuitatis potest eligere omnes officiales, qui sunt necessarij pro administratione rerũ publicarũ.*

54 *Decurionum ordo qualiter gerere se debeat circa electione officialium.*

55 *Electio officialium publicorum fieri debet secundum leges. statuta & consuetudines cuiusque loci.*

56 *In electione officialium. qui sunt necessarij pro administratioñe rerum publicarum debent interuenire dua partes ex tribus, ordinis decurionum*

57 *Decurionum ordo potest eligere legatum, & mittere ad Principem.*

58 *Ciuitas tenetur reficere omnia damna legatis data.*

59 *Legationis munus quis cogitur acceptare, cùm sit munus necessarium.*

60 *Legationis officium iustam petendæ restitutionis causam inducit.*

61 *Concilium ciuitatis, nec non eiusdem potestas potest creare administratorem bonorum eiusdem ciuitatis.*

62 *Ordo decurionum habet auctoritatem eligendi Medicos, pro ciuitate necessarios, salariaque eisdem cōstituere potest.*

63 *Decurionum ordo potest Doctoribus, & Medicis cōcedere immunitatem ab oneribus, & muneribus, alijs verò personis non.*

64 *Consiliarij, seu Decuriones iustum pretium frumento, & alijs victualibus statuere possunt.*

65 *Decuriones non coguntur frumentum viliùs ciuibus vendere, quàm annona exigit.*

66 *Consiliarij ciuitatum scientes ordinationem factam à concilio, vel de proximo fiendam cōcernētē pretiū frumenti si propriū frumentum cariori pretio vendiderunt, certè rescinditur huiusmodi venditio.*

67 *Concilium ciuitatis ad hoc vt legitimè conuocetur, requiritur auctoritas Iudicis, Magistratus, vel alterius superioris.*

67 *Concilium ciuitatis quando congregatur debet interuenire, & esse præsens in ipso cōcilio Iudex, seu Magistratus ipsius loci, vel alius superior, nisi de ipsius interesse tractetur.*

69 *Concilium ciuitatis, quando nō extat Magistratus, vel alius superior potest conuocari, & congregari de auctoritate antiquioris decurionis.*

70 *Vniuersitas an, et quando censeatur legitimè conuocata, licet nos fuerint obseruatæ solemnitates à iure requisita.*

71 *Cōcilium ciuitatis, vel alterius vniuersitatis ad hoc vt dicatur legitimè conuocatum, requiritur vt congregetur in loco publico solito, & consueto.*

72 *Concilium ciuitatis si propter aliquod impedimentum puta belli, pestis, & huiusmodi, non potest conuocari in loco solito, & consueto, permittitur ei se alibi congregare.*

73 *Vniuersitas seu ipsius concilium an possit in ecclesia conuocari.*

74 *Manumissio cùm sit actus publicus, & fauorabilis potest fieri in ecclesia.*

75 *Concilium ciuitatis vel alterius vniuersitatis ad hoc vt dicatur legitimè congregatum, requiritur vt omnes consiliarij vocentur, & vt duæ partes ex tribus interueniant.*

76 *Vniuersitatis pars maior, an & quando præiudicet minori parti.*

77 *Statutum, vel consuetudo vt in actibus gerendis non stetur maiori parti non valet.*

78 *Concilium ciuitatis, an & quando possit negotia publica expedire, licet non interueniant duæ partes ex tribus totius ordinis decurionum, si modo omnes consiliarij vocati sunt.*

79 *Decuriones absentes, an & quando specialiter vocandi sint.*

80 *Vniuersitas, an & quando præsumatur legitimè congregata.*

81 *Concilium ciuitatis vel alterius vniuersitatis potest expellere eos, qui non sunt de concilio si ipsi concilio velint adesse.*

82 *Vniuersitas ad hoc vt legitimè dicatur conuocata requiritur vt maior pars omnium decurionum congregatorum consentiat.*

83 *Decurionum maior pars præiudicat minori, nec dignitas ipsorum est attendenda, sed maior numerus.*

84 *Decuriones debent communiter, & simul in loco publico, non autem separatim consensum præstare.*

85 Re-

85 *Reformationes quæ dicantur.*

86 *In conciliis ciuitatum, & aliarum vniuersitatũ, quis ordo, & quæ forma debeat obseruari in faciendis reformationibus & decretis.*

87 *Statuta condita à ciuitate, seu ipsius concilio sunt stricti iuris, & quare.*

88 *Reformatio, seu decretum factum à concilio ciuitatum an valeat, si non appareat de propositione facta.*

89 *Reformatio vel decretum factum per vniuersitatem, seu ipsius concilium, an valeat, si propositio fuit facta per personam inhabilem.*

90 *Reformatio, seu decretum factum à concilio ciuitatis an valeat si propositio fuit facta super materia prohibita.*

91 *Reformatio, seu decretum antequàm fiat à concilio ciuitatis debet ante præcedere propositio.*

92 *Statuta dicentia, quòd prius aliquid debeat proponi in concilio minori, antequàm proponatur & termi netur in concilio maiori sunt rationabilia.*

93 *Decuriones, & consiliarij in rebus, & negotijs publicis, maximè arduis tractandis, cautè, prudenter, & maturè debent procedere.*

94 *Decurionum decreta debent esse honesta, iusta & rationabilia, aliàs non valent.*

95 *Decurionum decreta ambitiosa non valent.*

96 *Decurionum decreta, an & quando possint rescindi.*

97 *A decretis decurionum, àn quando, & ad quem possit appellari.*

98 *Decuriones debent expressè contradicere quando in vniuersitate, seu ipsius concilio aliquid damnosum & illicitum tractatur, aliàs tenentur, & puniũtur.*

99 *In conciliis ciuitatum, quis debeat habere primam vocem.*

100 *Factum ab his, qui habent auctoritatem à concilio vniuersitatis viaetur factum ab ipsomet concilio.*
101 *Actus omnes nostros facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur.*
102 *Officialis electus ab his, qui fuerunt deputati à concilio ciuitatis censetur specialiter nominatus & electus ab ipsomet concilio.*
103 *Electio si est commissa aliquibus, si deputati elegerunt personam inhabilem, an possint iterum eligere.*
104 *Iudex delegatus, qui tulit sententiam nullam an possit iterum iudicare, & quid de iudice ordinario.*
105 *Concilium ciuitatis si dat arbitrium, seu potestatẽ prioribus, vel alijs circa alicuius negotij expeditionem, an ipsi priores vel alij quibus datum est arbitrium possint alteri persona committere, & transferre in alios auctoritatem sibi ipsis concessam.*
106 *Concilium ciuitatis si committat aliquid prioribus ancianis seu alijs intelligitur, vel maiori parti eorum, si alij sunt absentes.*
107 *Concilium ciuitatis si aliquid prioribus, vel alijs personis committat, an possint huiusmodi deputati cõtra statuta & reformationes vniuersitatis prouidere.*
108 *Sindici, procuratores, & actores possunt intentare & mouere actiones ipsi vniuersitati competentes.*
109 *Sindici vniuersitatum dicuntur habere liberam & generalem administrationem.*
110 *Sindici vniuersitatum possunt vendere rem vniuersitatis sine mandato.*
111 *Sindici vniuersitatum aequiparantur tutoribus.*
112 *Sindici & administratores publici, an & quando possint super re ipsius vniuersitatis transigere, & an & quando teneat huiusmodi transactio.*
113 *Transactio requirit speciale mandatum.*

Sindici,



1 Voniam parum esset† vniuersitates habere bona, res, priuilegia, & alia iura, nisi etiam essent officiales, qui ipsas vniuersitates regerent, & administrarent, earumq; bona iuraque protegerent, & defenderent glo.
2 in rubrica. C. de admin. rer. public. lib. 11. † Sicut etiam parū esset ciuitates habere iura, seu leges nisi essent magistrat⁹, per quos ius quotidie in melius produci possit, vt dicit I.C. in l. 2. § post originem. ff. de orig. iuris ciuilis, id circo operæ pretium esse duxi antequam vlterius progrediar de administratoribus vniuersitatum pertra-
3 ctare † Intelligendo semper tam hic, quàm in toto hoc tractatu de administratoribus bonorum, non autem de administratoribus iustitiæ l. prohibere. §. planè. ff. quod vi, aut clam. Ripa in l. si is qui bona. num. 1. ff. de pignorib. Castrens. in l. 27. num. 1. ff. si certum petatur. glos. in

rubrica.C.de administratione rerũ publicarum. lib.11.
4 † Quia igitur vbi est maximus populus, ibi difficilis est
5 eius congregatio † Dicitur enim difficile, quod cum labore aut multo tempore fit, teste Aristotele primo Politicorum. Cuius difficultatis prætextu, & ratione antiquitus Populum cornu, siue buccina fuisse in concionem vocatum tradit Dionysius; quippe quòd fieri non poterat vt paruo tempore tanta hominum multitudo per noméclatores vocaretur, & cępit plebs difficile cõ-
6 uenire, Quia vulgares,& plebei facilè dissentiunt iuxta Poetarum Principis sententiam scinditur incertum studia in contraria vulgus: Populus verò difficiliùs, quia augetur numerus personarum, & consequenter diuersi-
7 tas animorum.† In populo enim inest plebs. §. lex est.
8 vers. plebs autem. Instit.de iure nat. gent. & ciuil.† homines enim faciles sunt ad dissentiendum. l. quia poterat. ff.ad Senatusconsf.Trebell.c.super literis. Ibi intelleximus diuersos diuersa sentire, &c. extra de rescriptis.
9 †Hinc propter difficultatem, quæ est in congreganda vniuersitate totius populi dicitur vniuersitatem consentire non posset.l.1.§.fin. vbi etiam gl. ff.de acquirenda possess.l.vn.ff.de libert.vniuers.tex.est elegantissimus in l.2.§.deinde quia difficile.ff.de orig.iur.ciu.cuius verba hæc sunt. Deinde quia difficilè plebs conuenire cœpit,populus certè multò difficilius in tanta turba hominum necessitas ipsa curam reipublicæ ad Senatum de-
10 duxit.† Hac igitur ratione & antiquitus decuriones constituti & creati fuerunt, & postea consiliarii ciuitatum, & aliarum vniuersitatum, qui decurionum loco suffecti & subrogati sunt, vt scilicet faciliùs simul conuenire,& se congregare possent pro publicis negotijs expediendis, & terminandis, & per quos Respublicæ regerentur, administrarentur, nec non conseruarentur,
11 † Quos decuriones quidam dictos aiunt, ex eo, quòd initio cùm coloniæ deducerentur decima pars eorum, qui ducerentur concilij publici gratia conscribi solita sit: olim enim cum Romani excrescerent eorumque numerus augeretur mittebantur aliqui in aliquam partẽ, quæ postea vocabatur colonia, quorum decima pars eli
geba-

gebatur vt publico præesset concilio publicarumq; rerũ administrationi.l.pupillus.§.decuriones.ff. de verb.si-
12 gnif.gl.in rubr. C.de decurionibus lib.10.† & decuriones hodie vt dixi dicuntur consiliarij ciuitatum aliarumque communitatum glo.in d.rub.C.de decurionib. lib.10.Bar.in rubr.ff.eod. tit. de decurionibus. gl. in l.3. in verbo ordo, & ibi etiam Bart. nu.6. ff quod cuiusque vniuers.nom.gl.in l.2. in verbo decurionibus. C. de decurionibus.lib.10.vbi dicitur concilium ciuitatis esse ordinem decurionum idem tenet Bar. in d. l.5. num.3. C. de vsur. Alex.consi.17.num.1.vol.6.Rol. à Val. cons. 90. num.2.vol.1.Marcus decis.780.num.1.vol.1. glo. in l.sed & ex dolo.§.de dolo autem decurionum. ff. de dolo malo. Concilium igitur ciuitatis æquiparatur ordini decu-
13 rionum,& sic consiliarij decurionibus,† Et olim decurionatus erat principium onerum, & munerum municipalium,vt dicit Bald.in l.3.nu.1. C. quando prouocare
14 non est necesse,† Decurionumq; nomina,& antiquitus & nunc scribenda sunt in albo,ordine posito per I.C.in
15 l.1.ff.de albo scribendo,† & quem esse decurionem est dignitas & honor.l.6.in princip.ff.de decurionibus.l.ne quis.C.de decurionibus lib.10.l.11.& 17.in fi.C.de quæstionibus.l.3.C.de decurionibus.lib.10. gl.in Rub. C.de decurionibus.lib.10.Bar.in l.omnes 49. nume.1. C.eod. tit.de decurio.l.5. ff.de vacat. & excus. munerum.l.1.C. de decurionib. lib.10.l.8.C. quando prouocare non est
16 necesse,† ob id decuriones non debent exercere officiũ tabellionatus,nec officium Procuratoris, cùm sint officia vilia.l.34.cum gl.C.de decurio.lib.10. l.vniuersos,& ibi etiam gl.& Bar.nu 1.C.eo.tit.Rol. à Valle cons.66. num.39.vol.1.aliàs priuilegium decurionatus amittunt. Bart.in l.2.C.de tabularijs lib.10.& ob id decurionibus non sunt danda officia vilia Bar.in l.vlt.num.1.C.de su-
17 sceptoribus.lib.10.† Hinc infames repelluntur à dignitate decurionatus.l.infamia.C.de decurionib.libro 10.
18 † Hinc libertus qui ius aureorum annullorum adeptus nõ est vel natalibus suis non est restitutus,non potest ad decurionatus honorem & dignitatẽ aspirare, & multò minus seruus.l.1.& 2.C.si seruus aut libertus ad decurio

natum aspirauerit. lib. 10. l. vnica C. ad legem viscelliã.
19 † Sed si decurionatus est dignitas vt dixi, cur igitur spurij, & incestuosi qui ipso iure sunt infames, & ab omnibus arcentur dignitatibus l. legem. l. vlt. C. de natu. liberis ad decurionatus officium minime aspirare prohibentur. l. generaliter. §. spurios. l. spurij. ff. de decurionib. licet de iure canonico sit diuersum 6. distin. Can. 1. & 2. Bart. in tract. de differentijs inter ius ciuile, & canonicũ. num. 65. hanc difficultatem hactenus non inueni ab ali-
20 quo tactam, sed meo iudicio potest responderi, † Quia vbi tractatur de vtilitate publica, etiã inhabiles, & qui aliàs non admitterentur recipiuntur, & admittũtur. l. si quis in graui. §. hi quoque. ff. ad senatusconsul. Syllania-
21 num, † Sed publicam respicit vtilitatem quamplures esse decuriones, per quos respublicæ possint administrari; interest etiam ipsius ordinis decurionum ipsum ordinem plenum esse, quantò enim maior est numerus ipsorum, tantò minus laboris, & oneris quisque eorum sentit: Ergo nil mirum si spurij & re, & vita honesti ad decurionatum recipiantur, maximè vbi desunt legitimi, qui possint esse decuriones, & hanc rationem meo iudicio videtur adducere I.C. in d. l. generaliter. §. spurios versic. quod vtique non sordi erit. ff. de decurionibus.
22 † Præterea si decurionatus est dignitas, & honor, cur igitur iudæus decurionatus officium exercere potest. d. l. generaliter. §. fin. ff. de decurionib. l. omnes 49. vbi glo.
23 & Bar. nu. 1. C. de decurionibus lib. 10. † tamen iudæis omnes interdictæ sunt dignitates. l. fin. C. de iudæis. Iaso. mouet hanc dubitationem in rubrica. ff. de iustit. & iure. num. 16. & Bart. in d. l. omnes. num. 1. quibus in locis di-
24 cunt, † Decurionatum habere in se honorem, & onus, vt de hoc est glo. in rubrica. C. de decurionibus lib. 10. in quantum igitur decurionatus continet honorem, & dignitatem non competit iudęis, sed in quantum continet onus benè potest cadere decurionatus in iudæos, & hoc modo soluit Bart. ibi quam solutionem Iason in loco allegato multis comprobare nititur rationibus, & argumẽtis, & hanc solutionem sequitur etiam gio. in d. l. omnes. 49. in verbo munera. C. de decur. lib. 10. firma igitur maneat

neat conclusio decurionatum esse dignitatem & hono-
25 rem. † Hinc fit vt miles decurionatus officio fungi pos-
sit. Bar. in l. 5. C. de decurionibus lib. 10. quod non esset
26 si decurionatus non esset dignitas † ab hoc honore non
repelluntur etiam filijfamilias, nam & hi possunt esse
consiliarij & decuriones ciuitatis, & pater tenetur pro
eis si consenserit vel etiam ratum habuerit. l. 6 §. pater
l. 7. §. vlt. ff. de decurionibus. l. 2. ff. ad municipales. l. 1. C.
de filijsfam. & quemadmodum pater pro his teneatur.
lib. 10. l. 1. C. de decurionibus lib. 10. cum l. 5. C. eod. tit.
27 Bart. in l. 5. & in l. 1. C. de decurio. lib. 10. † Nam in his
quæ sunt publici iuris non curatur patria potestas. l. nā
28 quod. ff. ad S.C. Macedonianū. † Quinimo pater, filius,
& plures fratres possunt esse simul de concilio ciuitatis,
& alter alteri potest dare vocem suam & suffragiū tex.
est in terminis in l. 5. & 6. ff. quod cuiusque vniuer. nom.
quasi decurio enim hoc dedit non quasi domestica per-
sona. Castr. in l. 3. num. 10. & 11. ff. eodem tit. Marcus
decis. 629. num. 2. & 6. vol. 1. Bart. in l. 5. num. 1. ff.
29 quod cuiusque vniuers. nom. † Exceptis tamen mino-
ribus viginti quinque annis, qui non habent vocem in
concilio nec possunt ad officia publica aspirare, ex qui-
bus possit eis damnum, & dispendium euenire, & ob id
minor viginti quinque annis vocatus ad decurionatum
est sine appellatione tutus mero iure, maximè si pater
non consenserit. l. 8. ff. de muneribus, & honoribus. l. 6.
§. 1. ff. de decurionibus. tex. est in l. 8. & ibi etiā Bald.
num. 1. & 2. C. quando prouocare non est necesse. Idē
Bald. in l. 5. nu. 3. ff. de oper. noui nunciat. & in l. exi-
gendi. num. 6. C. de procuratoribus, fallit in duobus
casibus, in quibus minor viginti quinque annis ad-
mittitur ad decurionatum, primus est in defectum
maiorum, secundus quando consuetudo longa in con-
30 trarium extat. l. 11. ff. de decurionibus, † Exceptis
etiam fœminis, quæ non possunt decurionum officio
fungi, & sic esse de concilio ciuitatis. Bartol. in l. vlt.
num. 16. ff. de collegijs illicitis, ne contra pudicitiā sexui
congruentem virilibus fungantur officijs. l. 1. §. 2.
loco. ff. de postulando. l. in multis. ff de statu hominum. l.
2. ff.

2. ff de reg. iur. Hinc etiam fit quòd cum decurionatus sit dignitas ob id multis priuilegijs decoretur, vt apparet toto tit. ff. & C. de decurionibus, & inter alia illud
31 extat quod † Decuriones non possunt torqueri, & quęstionem pati, excepto crimine lęsæ maiestatis. l. 16. C. de quæstionibus, etiam si munera decurionatus quis deposuerit. Nam & ipse propter pristinam dignitatem, quęstionem non patitur. l. 17. C. de quæstionibus. l. vlt. ff. de decurionibus glo in rub. C. de decurionibus. lib. 10. l. 33. C. eodem cum glosa in verbo subdendum, etiam si consuetudo sit in contrarium, quæ tamen non est seruanda d. l. omnes. 33. & ibi etiam Bart. num. 1. & 2. C. de decurionibus lib 10. glos. in rubrica. C. eodem Hyppolitus de Marsilijs in sua practica crim. §. expedita. num. 27. secun
32 dum priuilegium quod habent decuriones est, † Quia non licet contra decuriones ciuitatis ferre sententiam mortis inconsulto Principe, nec ordinarius iudex quicunque sit potest eos condemnare ad mortem l. moris. §. istæ ferè. ff. de pœnis. Bart. in constit. qui sint rebelles. in verbo rebellando. num. vlt. Ias. in l. j. num. 14. ff. de officio assessor. l. penult. ff. ad l. Corn. de sicarijs, l. diui fra-
33 tres. §. 1. ff. de pœnis, vbi etiam † Decuriones appellantur principes ciuitatis, id est dicuntur principales perso-
34 næ ciuitatis. † Tertium priuilegium est, quia decurionum res, & bona immobilia non possunt de iure communi, sine decreto alienari, sed hodie hoc priuilegio nō vtuntur decuriones. Bart. in rubr. ff. de decurionibus, & in l. 1. num. 10. C. de impon. lucrat. descrip. lib. 10. tex. est in l. j. & ibi etiam Bart. num. 1. iuncta l. fin. C. de prædijs decurionum sine decreto. lib. 10. decuriones igitur non possunt vendere bona propria immobilia, nisi in casum necessitatis interueniente auctoritate & decreto iudicis; alias non valet venditio, & emptor perdit pretium, & restituit rem cum fructibus, & hoc imperator introduxit, vt respublicæ diuites haberent administratores, per quos functiones publicæ patriæque munera impleri possint. d. l. 1. cum glo. j. C de prædijs decurionum. lib. 10. l. 46. l. vlt. C. de decurionib. lib. 10 licet tamen decuriones non possint res proprias immobiles sine decreto

alie-

35 alienare, & vendere, † possunt nihilominus eas donare, & omnes alios contractus excepto venditionis celebrare.l.vlt.C.de prædijs decurionum.lib.10. Ias. in l.cũ
36 dubitabatur. num.57. C. de iure emphyt. † Quartum priuilegium habent decuriones, quia si lapsi sunt facultatibus, alimenta eis de publicis bonis & reditibus decerni debent, maximè si ob munificentiam in patriam
37 patrimoniũ exhauserint.l.8.ff de decurionibus.† Quintum priuilegium habet ordo decurionũ, quia si aliquis ex decurionibus sine hærede ab intestato decedat, non succedit ei fiscus, sed ordo decurionum.l.j. & ibi etiam Bart C.de hæred.decurionum, Bald.in l.2.C.quando,&
38 quibus quarta pars lib.10. † Sextum priuilegium succedit, quia decuriones habent immunitatem ab extraordinarijs muneribus. Bart.in l.21.C.de decurionib.lib.
39 10. † Et habentes duodecim liberos excusantur ab oneribus patrimonialibus l.4.C. eodem tit. si quis decurio, pater sit duodecim liberorum honoratissima munerum quiete donetur, scribit ibi Imperator. glo. est de hoc in l. honorem sustinenti.ff.de munerib.& honorib. glo. in l. actores C.de exactione tribut.lib.10.l.j.C.de vacat.munerum, Bart..in l.8.§.1.num.2.de excus. tut. in secunda lectura,Rolandus à Valle cons.52.num.2.vol.2.Septimũ
40 sequitur priuilegium,† Quia filius naturalis datus curiæ decurionum efficitur legitimus.§.vlt. Instit. de nuptijs.l. quoniam.C.de naturalib.lib.glo.in rub C.de decur. lib.10. in fine.l. vlt. in fine. C.de his qui spon. pub. mun. sub lib.10.Auth. quibus modis naturales efficiantur sui per tot.è contra autem si decuriones habent dignitatem, honorem, & priuilegia, habent etiam onus.
41 † Nam vbi est honos,ibi est onus, vt dicit gl. in rubr. C.
42 de decur.lib. 10.† Ciuitatis enim munera subeunt,& publicas implere coguntur functiones.l.ad subeunda. C.de decurionib. lib.10.diligenter, & assiduè administrationi rerum publicarum studere,& vacare debẽt, ciuitatesq; iura indefesso studio tueri, textus est in constit. de pace constantiæ,& ibi etiam Bald. in verbo cõtra ciuitatem.
43 † Et ob id tanquàm ascripti glebæ, non possunt aliquod officium,extra ciuitatem acceptare, nec à ciuitate discedere,

dere, sine licdtia superioris, textus est elegātissimus in l. 1. ff. de decurionib. l. 50. l. 53. C. de decurionibus lib. 10. cum l. 16. C. eod. tit. & ibi etiam Bart. Marcus decis. 798.
44 num. 2. vol 1. † Et si decurio reliquerit Ciuitatē, & iuerit ad habitandum in villa, seu Rure, cogitur redire ad ciuitatem, & ibi habitare, aliàs punitur. l. vnica, & ibi etiam Bart. C. si curialis relicta ciuit. rus habit. maluerit
45 lib. 10. Bart. in l. 1. ff. de decurionibus. † Hinc etiā fit, vt decuriones nō possint priuata, vel publica prædia aliasque respublicas conducere, si tamen successerunt ei, qui conduxerat, remanent in conductione. l. 2. §. 1. ff. de administratione rerum ad ciuitat. pertin. l. 4. l. 6. §. 2. ff. de decurion. neq; pro huiusmodi conductoribus fideiubere possunt. l. curialis. C. locati, & hoc ne auocentur à cura, & administratione reipublicæ, vt in simili de militi-
46 bus dicit Imperator in l. milites. C. locati. † Maximā autē potestatem, & auctoritatem ordo decurionū, seu concilii ciuitatis, vel alterius vniuersitatis habet à lege cōcessam, circa regimen, & administrationem rerū publicarum, vt dicit glo. in l. 3. in verbo ordo. ff. quod cuius-
47 que vniuers. nom. † Repræsentat enim totum populū,
48 & totam ciuitatem, † Et factum à concilio ciuitatis, & cuiusque alterius communitatis videtur, & censetur factum à toto populo, & vniuersa ciuitate glo. in rubr. C. quæ sit longa consuetudo glo. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. l. nulli. & ibi not. ff quod cuiusque vniuers. nom. Bart. in rubr. ff. de decurionib. & in l. ciuitas. num. 2. ff. si cert. petatur. glo. in l. de quib. in fine. & ibi Bar. num. 10. ff. de legib & in l. omnes populi. num. 16. ff. de iustit. & iure glo. in l. sed & ex dolo. ff. de dolo malo. Bar. in l. 2. num. 8. C. de decurion. lib. 10. Alexan. conf. 17. num. 1. vol. 6. Bar. in l. 5. nu. 2. C. de vsur. Rolan. à Valle cons. 90. nu. 1. vol. 1. Marcus decis. 780. num. 4. vol. 1. Marcus decis. 95. num. 13. & 22. Alex. in l. 1. §. municipes num. 6. ff. de acqu. possessione, Castrensis in l. 3. num. 6. & in l. 1. §. 1. num. 9. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Alex. cons. 22. num. 2. vol. 7. & consil. 40. num. 1. vol. 7. & cons. 135. num. 1. eod. vol. Bar. Soci. in l. 1. num. 24. ff. quod quisque iuris, Alex. in l. 26. num. 6. & 7. ff. ad Senatuscons. Trebellianum. Ri-

pa

pa in l.si is,qui bona. num.6.ff. de pignorib. Castrẽsis in l.26.num.2.ff.ad Trebell. Alexan. conf. 101. num. 1. vol. 1. Cagnol. in d.l.aliud.§.refertur.num.18.19.& 20.ff.de reg.iur.& in l.2.num. 141. cum pluribus sequentibus. ff.
49 de orig.iur.ciuil.† Et ob id concilium ciuitatis, seu ordo decurionum videtur habere eandem potestatem, & omnia ea posse facere, quæ potest totus populus, & adunantia generalis, ita tenet Bart in d.l. 5. num. 2. C. de vsur. contrarium videtur sentire idem Bart. in l ambitiosa. num. 7. ff. de decretis ab ordine faciendis, quẽ sequitur Alexan. in l.5.num.15. ff. de verborum obligationibus, vbi dicit quod licet concilium ciuitatis, seu ordo decurionum non possit donare, tamen adunantia generalis, seu totus populus benè potest donare, & num. 12. vbi pariter Bart. dicit concilium ciuitatis arbitrium liberum, & generale habens, non posse facere statutum per quod ius quæsitum alicui auferatur, licet adunantia generalis, seu totus populus hoc possit facere, & multa alia exempla adducit Bart. in d. l. ambitiosa, per totam; Ex quibus apparet concilium ordinarium ciuitatis, seu ordinem decurionum nõ habere eamdem potestatem, quam totus populus; Breuiter dicendum est decurionum ordinem, seu concilium ciuitatis de iure communi non habere eamdem potestatem, auctoritatem, & iurisdictionem quam habet totus populus, nisi aliter expressim per legem statuta, vel consuetudinem sit introductum, & sancitum. ita Alexand. in d. l. 5. num. 15. ff. de verborum obligation. D. Sola in proœmio decret. antiq. in glo. 3. num. 3. & 4. vbi expresse dicit, quòd licet concilium ciuitatis repræsentet totum populum, id tamen eatenus intelligitur, quatenus conciliũ ex statutis vel consuetudine potestatem habet, & nemini dubium debet esse maximam ex iuris communis dispositione circumscripto omni statuto, & consuetudine cõpetere ordini decurionum & concilijs vniuersitatũ potestatem, & auctoritatem, cuius rei aliquot adducã exẽ-
50 pla. † Primò enim quando iudex appellationis in ciuitate non est, vel quia abest, vel quia nemo est cõstitutus potest appellari à sententijs iudicis ordinarij, ad ordinẽ

decurio-

decurionum. Bart. in l.vbi, num.1.ff.de tut. & curat. facit l.j.§.si quis in appellatione.ff.de appellat. Bart.in l. 3. num.6.ff.ad municipales, Maranta in sua praxi par.6.de
51 appellat.num. 389. † Secundo quando rectores, seu iudices deficiunt, & desunt in ciuitate tutoris datio remanet apud ordinem decurionum, & hoc casu quando ordo decurionum tutorem dat, potest dare vnum ex ipsismet decurionibus in tutorẽ pupillo, text. est in l.vbi absunt,& ibi etiam Bart.ff. de tut. & cur. regulariter tamen vniuersitates in suis concilijs non possunt creare tutores vel curatores, nisi specialiter habeant potestatem à lege, vel à principe concessam.l.6.ff qui petant tutores cuius verba hæc sunt. decreto decurionum, & ip-
52 sum magistratum curatorem dari potuisse rñdi. † Tertiò conciliũ ciuitatis per quod regitur ciuitas habet auctoritatem constituendi sindicum, nisi sindicus sit à lege vel consuetudine constitutus. glo. in l.27. & ibi etiam Bart.ff. ad Senatuscons. Trebell. glo. & Bartol. in l.2. in verbo ad certa. glo.in l.30.C. de decurionib. lib.10. decuriones enim sunt procuratores & administratores rei publicæ, qui ideo actionibus publicis vti possunt,& agere nomine publico, vel per se ipsos, vel per actorem, seu sindicum quem elegerunt. Nec est opus adunantia, seu concilio generali. Bart.in l.30.vbi de hoc est text.in terminis.C.de decur lib.10.& ibi etiam glo. d. l.27. iuncta etiam glo. ff. ad Senatusconsul. Trebell.glo.j.in l.vlt.C. de vend. reb. ciuitatis lib.10.l.j.§.quibus autem l.2.3.4. & 6.ff. quod cuiusque vniuers. nom. & non solum sindi-
53 cos consiliarij ciuitatis possunt eligere,†Sed etiam omnes alios officiales, qui sunt necessarij pro administratione rerum publicarum.glo.in rubr. C. de administratione rerum publicarum.lib.11. & ibi etiam Bart. facit l.2.ff. ad municipales. Marcus decis. 779. num.2. vol.1.
54 † Et concilium debet potius eligere officiales, qui sint de corpore ipsius vniuersitatis, quàm alios exteros, & qui nõ sint de ipsa vniuersitate glo.magna in l.4.ff. quod cuiusque vniuers. nom. Castren. in l.3. num.12.ff. quod cuiusque vniuers. nom ad concilium igitur ciuitatum pertinet eligere omnes officiales pro administratione

rerum

rerum publicarum necessarios. Angel. in rubr.C.de administratione rerum publicarũ. lib.11. Bart.in l.2.num.
55 8. C.de decurionibus,lib 10 † in qua electione officialiũ debent seruari leges,statuta, & consuetudines cuiusque loci.l.penult. C. de iure fisci lib.10.l.6.ff. quod cuiusque
56 vniuers. nom. Marcus decis.800. num.3. lib.1. † Et debent interuenire duæ partes ex tribus ordinis decurionum, quarum duarum partium maior pars consentiat, aliàs huiusmodi electio officialium esset nulla. l. nominationum,la secunda.C.de decurionibus,lib.10.l.3.& 4. cum glo.ff.quod cuiusque vniuers. nom. l.27. C. de ap-
57 pellat. † Ad concilium etiam ciuitatis pertinet legatũ eligere,& mittere ad principem Bart.in l.6.num.1.& ibi
58 etiam Angelus. C.de legationib. lib. 10. † Quibus legatis tenetur ciuitas reficere omnia damna eisdem data ab hostibus vel à Piracis in itinere; Innocentius in c.
59 sicut.2.extra de iureiurando.num.5. † & electus ad tale munus & officium legationis cogitur illud acceptare, est enim munus necessarium.l. si quis decur. C.de decurio-
60 nibus, & toto titulo.C.de legationibus, † Et ob id legationis officium tanquam necessarium iustam petendæ restitutionis causam inducit Ioãnes Mauritius in tract.
61 de restitutione in integrum cap.422. per tot. † Ad hæc ordini decurionum cuiusque ciuitatis medicorum intra terminum præfinitum constituendorum arbitrium commissum est, vt certi de probitate morum, & peritia artis, eligant ipsi decuriones quibus se, liberosque suos in ægritudine corporum committant, salariaq́; eisdem medicis constituere ad ipsosmet decuriones pertinet, ita vt nec Præsidi prouinciæ hæc liceat facere. l.j.l. 4. ff. de decretis ab ordine faciendis. l. vnica iuncta glo.2. C.
62 de salario præbendo lib.10.& quòd plus est,potest † ordo decurionum Medicis, & Doctoribus concedere immunitatem ab oneribus & muneribus, alijs verò personis non posset concedi per ipsum concilium ordinariũ, sed benè per totum populum, & adunantiam generalem.l.j.C.de decretis decurionum,lib.10.l.j.ff.de decretis ab ordine faciendis. Bart. in l.2. num.3. & 4.ff. de iu.
63 immunit.Alex.cons.30.num.8.volum.5. † Præterea ordo de-

do decurionum potest iustum pretium fruméto, & alijs victualibus statuere. l.vlt. vbi etiam Bart.ff.ad l. Iuliam
64 de annona, † ipsi tamen decuriones non coguntur frumentum vilius ciuibus vendere, quàm annona exigit. l. 8 ff.ad municipales. l.6.ff. de administratione rerum ad
65 ciuit. pertinen. † Quòd si in concilio ciuitatis fuerit tractatum & ratiocinatum de imponendo certum pretium frumento, quia nimis carè vendebatur, & vnus ex cõsiliarijs antequàm hoc fieret totum suum frumentum vendiderit caro pretio; si postea facta est ordinatio, per quam vilius pretium frumento est statutum, certè emptor poterit agere contra venditorem, & rescindere venditionem, tanquam factam in fraudem legis futuræ, Bart. in l.28. num.2.ff. de legib. & in l.40.ff. de act. empt. quòd autem supradictum est concilium ciuitatis repræsentare totum populum, & vniuersam ciuitatem, factumque à concilio censeri factum à toto populo, id ita demum procedit, & verum est si ipsa vniuersitas, seu ipsius concilium rectè, ritè, & legitimè fuerit conuocatum, & congregatum, & consensum accommodauerit seruatis solemnitatibus à iuris ciuilis dispositione introdu-
66 ctis, & adinuentis. † Primò enim concilium ciuitatis debet conuocari auctoritate iudicis, magistratus, rectorum, vel alterius superioris quando aliquid de necessitate incumbit faciendum, aliàs huiusmodi conuocatio, & congregatio non valet, & omnes actus facti nulli sunt. l.2. cum glo.ff.de decretis ab ordine faciendis, textus est elegantissimus in l.2.C.de decurionibus, lib.10. Bart. in l. 2. num.1.2.& 3.C.de decurionib. lib.10.& in l.actor. colum.2. ff.rem ratam haberi, & in l.omnes populi. nu.16. ff.de iustit. & iure. Rolandus cons.90. num. 3. vol. 1.& quod sit necessaria auctoritas iudicis vel alterius superioris expressa vel tacita ad hoc vt vniuersitas possit se congregare ad euitandum monopolium. l j. C.de monopolijs, & si contra fiat, quod si inquisitioni, & pœnæ locus, tenet in specie Marcus decis.800. num. vlt. vol. 1. & decis.799.num.vlt. vol.1.& decis.780. num.10.& 11.& decis.779.num.1. volum.1. & decis. 640. num.4. volum. 1. vbi potestates terrarum possunt conuocare concilium

vniuersitatis, cuiipsi tanquam magistratus præsunt, & decis. 165. num. 3. volum. 1. idem tenet Boerius decis. 80. num. 12. Alexand. in l. 25. §. iussum, num. 12. ff. de acquir. hæred. Angelus in l. 2. num. 2. C. de decurionibus lib. 10. Bald. in l. 3. num. 31 & 4. ff. quod cuiusque vniuer. nom. quinimò quòd plus est, non solum requiritur auctoritas
67 superioris in congreganda vniuersitate; † sed potestas magistratus, vel alius superior debet interuenire, & esse præsens in ipso concilio quando congregatur pro aliqua re statuenda, & negotio expediendo, Bart. Socynus in l. j. num. 24. & 25. ff. quod cuiusque vniuers. nom. nisi de ipsius superioris interesse tractetur. Hoc enim casu permittitur vniuersitati se congregare sine eiusdem superioris interuentu. Sola in decretis folio 2. num. 4.
68 † Quando autem vniuersitas non habet magistratum, rectorem, seu superiorem, ille qui est antiquior in ipsa vniuersitate, seu concilio ciuitatis potest conuocare ipsam vniuersitatem, seu ipsius concilium, & alij decuriones tenentur ire ad concilium, sed si non iuerint, nō possunt mulctari per eum, ipsis tamen non euntibus, potest eis non expectatis procedi ad negotiorum expeditio-
69 nem, & ad alios actus necessarios peragendos, † dummodo, vt infra dicemus, duæ partes ex tribus totius ordinis decurionum interueniant Bart. in l. j. num. 4. ff. de albo scribendo, Angelus in d. l. 2. num. 2, C. de decurionibus lib. 10. & quòd ius conuocandi vniuersitatem absente rectore, seu superiore competat decurioni anti-
70 quiori tenet Marcus decis. 805. per totam. vol. 1. † Si tamen omnes consiliarij ciuitatis, vel alterius vniuersitatis simul congregati sint; censetur vniuersitas legitimè conuocata, licet non fuerit congregata de mandato superioris vel pulsata cāpana, vel sono tubæ, vel voce præconia, vt requiritur, prout inferius dicemus. Baldus in l. 7. §. 1. num. 1. in fine. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Ias. in l. j. num. 4. ff. de in ius vocando. Secūdò ad hoc vt concilium vniuersitatis dicatur legitimè cōuocatum, requi-
71 ritur, † vt congregetur in loco publico, solito & consueto. l. vlt. vers. in locum curiæ conuenire. C. de legationibus lib. 10. Bar. in l. 5. num. 1. & vlt. C. eod. tit. & ibi Ang.

num.1.in fine. idem Bart. in l. omnes populi. nu. 16. ff. de iustit.& iure, text. est de hoc in terminis. in l.2. C. de decurionib. lib.10. Thesaurus decis.257.num.3. Rolandus à Valle cons.90.num.3 vol.1. Bart.in l. 2.num.5. C. de decur. lib.10.& ibi Angelus,num.7. Bald.in l.3.num. 2.ff.quod quisque iuris; vbi limitat hoc non procedere,
72 † si propter aliquod impedimentum,puta belli, pestis, & huiusmodi non posset conuocari in loco solito & con-
73 sueto. † Sed an licitum & permissum sit congregare, & conuocare vniuersitatem,seu ipsius concilium in ecclesia,vt faciunt rustici in villis,qui congregantur in ecclesia cum auctoritate magistratus,& ibi tractant de negotijs publicis. Bald. in l.2.num.6. C. de sacrosan. ecclesijs mouet hanc difficultatem, & videtur tenere, quod valeat huiusmodi congregatio, licet Episcopus possit hoc iure prohibere, pro hoc adduco tex.in §.pen. cum glo.j.
74 Instit.de libertinis,† vbi, quia actus manumissionis est pius & fauorabilis, huiusmodi actus manumissionis potest fieri in ecclesia coram Antistite, & populo. Eodem modo videtur dicendum, quòd cum in concilijs vniuersitatum tractetur de rebus publicis, & sic fauorabilibus, necnon de personis priuilegiatis,& miserabilibus, puta pupillis, viduis, & huiusmodi alijs, quæ etiam faciunt vniuersitatem, & de quarum interesse, & præiudicio et tractatur concilium conuocari posse in ecclesia, maximè cum vt plurimum in istis paruis villis & castris vniuersitates nullum alium locum habeant magis idoneum, in quo possint se congregare, quàm ecclesias eorundem-
75 met locorum. Alex. cons.68. num 9. vol.2. † Tertiò ad hoc vt concilium ciuitatis, vel alterius vniuersitatis dicatur legitimè congregatum, & vt decurionum decreta valeant, requiritur quòd publicè omnes consiliarij, seu decuriones vocētur,scilicet per tubam, vel campanam vel voce preconia, secundum consuetudinem cuiusque loci,& licet non omnes veniant,tamen videntur omnes facere quod faciunt, qui venerunt, si modò duæ partes ex tribus veniant.l.2.& 3.ff.de decret.ab ord. faciendis. illa decreta scribit ibi I. C. quæ non legitimo numero decurionum coacto facta sunt, non valent. lege autem

muni-

municipali cauetur, vt ordo non aliter habeatur, quàm duabus partibus adhibitis. glo. in l. 2. in verbo solemniter. C. de decurionib. lib. 10. & in verbo munera. l. nominationum, cum glo. j. & vlt. C. eodem. l. 2. C. de prædijs decurionum, lib. 10. glo. in l. 27. ff. ad Trebellianum. l. vlt. vers. in prouincijs. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. Thesaurus decis. 257. num. 3. l. nulli. ff. quod cuiusque vniuers. nom. vbi etiam glo. in versic. duæ partes. l. municipes. l. quod maior, & ibi etiam glo. ff. ad municipales. Refertur enim ad vniuersos quod publicè fit per maiorem partem. l. aliud. §. refertur, & ibi glo. ff. de reg. iur. ideo autem hoc lex fingit, quia non possunt omnes facilè simul conuenire & consentire l. j. ff. de libert. vniuers. l. j. §. vlt. ff. de acquir. posses. l. metum. §. animaduertendum. ff. qđ metus causa. l. 2. & ibi not. C. de decurionib. lib. 10. Bart. in repet. l. omnes populi. num. 16. ff. de iustit. & iure. & in l. ambitiosa. num. 1. ff. de decretis ab ord. facien. Bald. in l. 3. num. 2. ff. quod cuiusque vniuers. nom. nam ibi dicitur esse tota vniuersitas, seu ipsius concilių quando duæ partes, vel plures reperiuntur. glo. in d. l. 3. & ibi Bart. nu. vlt. ff. quod cuiusque vniuers. nom. idem Bart. in l. 45. per tot. C. de decurionibus lib. 10. & in d. l. 2. num. 4. C. eod. tit. Marcus decis. 785. vol. 1. quod igitur à maiore parte totius ordinis decurionum salubriter cōstituitur valet, & tenet, eum duæ partes ipsius ordinis totius curiæ instar exhibeant. Nam quod facit maior pars curiæ, pro eo habetur, ac si omnes egerint latè Cagnolus in l. aliud. §. refertur. num. 1. 2. cum plurib. sequen. ff. de reg. iur. Ias. in l. j. §. municipes. num. 1. ff. de acquir. posses. Marcus decis. 783. per totam. volum. 1. & decis. 782. & decis. 367. num. 1. 2. & 3. volum. 1. & decis. 225. per totam eodem volumine, vbi dicitur, quòd ad hoc vt vniuersitatis actus rectè gerantur, & valeant debent esse duæ partes ex tribus ipsius vniuersitatis, seu curiæ, & ordinis decurionum præsentes. idem tenet Ozas. decis. 39. num. 2. Castren. in l. 3. num. 7. 8. & 9. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Nam maior pars vniuersitatis dicuntur duæ partes ex tribus. Alexan. in l. 7. §. vlt. num. 12. ff. de pactis. & consil. 68. num. 8. & 9. volum. 2. Angelus in l. 46. num. 1.

C.de decurionib. lib. 10. vbi expresse dicit omnes consiliarios, seu decuriones vocandos esse sono tubæ, vel campanæ, vel voce præconia, sufficere tamen duas partes ipsorum esse præsentes, quia maior pars vniuersitatis dicuntur duæ partes ex tribus, & factum à maiori parte valet quoad omnes. Alexan. in l.7.§.vlt.num.13.ff. de pactis, & in l.9. num.2.& 3.ff. eod. Bald. in l.2.§. hoc etiam num.vlt. C.de iureiurando propter calum.dando, & in l.nominationum forma.C.de decurionibus, lib.10.
76 † Nam vniuersitatis pars maior præiudicat minori, vbi agitur de aliqua re communi pluribus vt singulis, Marcus decis.489.num.1. 4. 14. 15. 16. 17. & 18.& decis.226.
77 per tot.volum.1.& decis.681.per tot. volum. 2. † Quinimo statutum vel consuetudo, vt in actibus gerendis non stetur maiori parti non valet, nam canonicum reputatur illud quòd maior pars facit, & præsumptio est pro pluribus. Afflict. decis.1. num.4.& 5.concludo igitur quòd ad validitatem conuocationis, seu congregationis concilij vniuersitatis, seu ordinis decurionum requiritur vt duæ partes ex tribus decurionum sint præsentes, & non sufficit si in instrumento dicatur conuocatis, & coadunatis cōsiliarijs, nisi dicatur interfuisse duas partes ex tribus ipsorum decurionum. Alexand. consil. 195.num.4.volum.7.& num.3.& consil.47. num. 11. vol. 6. Bart. in l.3.num.4.C.de prædijs decurionum, lib. 10. & notario attestanti in instrumento consiliarios congregatos facere duas partes ex tribus creditur, donec contrarium probetur. Rolandus cons.90. num.7. vol.1. sed Panormitanus in cap. cum omnes, extra de constit. refert communem opinionem canonistarum tenentiū, quòd quando vniuersitas est congregata & conuocata de mandato superioris habentis potestatem conuocandi, & vocati fuerunt omnes consiliarij per campanam, vel sonum tubæ, vel voce præconia, secundum consuetudinem locorum, & non omnes venerint, nec etiam facientes duas partes ex tribus, nihilominus illi consiliarij qui venerunt possunt actus, & negotia ipsius vniuersitatis explicare, & huiusmodi gesta valebunt: rationem isti D. D. adducunt, quia mandatum superioris constituit

non

non venientes in contumacia,& contumacia priuat illos facultate dandi suffragia, quia non veniendo faciunt se alienos. Hanc eandem opinionem tenet Ioan. Andreas in cap. in causis. de elect. vbi ponit casum in vniuersitate, seu ipsius concilio, in quo essent centum consiliarij, seu decuriones, quod concilium cum esset conuocatum ab habente potestatem, comparuerunt in concilio dumtaxat triginta, concludit ibi quòd ius vniuersitatis residebat in illis triginta, quinimo secundum ipsos, quod plus est, ius vniuersitatis in vno tantum residere potest, alijs absentibus, vel defunctis, vel in remotis partibus existentibus, l. sicut. ff. quod cuiusque vniuers. nom. de qua materia latè Marcus decis. 783. per tot. & 367. vol. 1. & decis. 1339. per tot. vol. 1. veritas est in contrarium quicquid dicant canonistę, nempè quòd ad validitatem conuocationis concilij requiritur, vt interueniant duæ partes ex tribus ipsorum decurionum, & totius ordinis consiliariorum. l. nominationum. C. de decurion. lib. 10. cuius verba hæc sunt, nominationum forma vacillare non debet, si omnes qui albo curiæ detinentur adesse nō possunt, ne paucorum absentia siue necessaria, siue fortuita debilitet, quòd à maiore parte ordinis salubriter fuerit constitutum, cum duę partes ordinis in vrbe positæ totius curiæ instar exhibeant glo. in l. 2. C. de decretis decurionum, lib. 10. l. 5. in fi. C. de legationibus, lib. 10. l. nulli. l. planè. ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. obseruare. C. de decurionib. lib. 10. l. 2. & 3. ff. de decret. ab ord. facie. vbi de hoc sunt textus apertissimi, ob id ab hac
78 opinione non est recedendum. † Hinc dicunt Doctores nostri, quòd in actibus vniuersitatis, si sunt præsentes duæ partes decurionum, non requiritur specialis citatio absentium, non sunt enim expectandi absentes extra ciuitatem. Item nec infirmi, vel aliter impediti. Bart. in l.
79 vlt. num. 2. C. de legationib. lib. 10. † Nisi in tribus casibus, de quibus per glosam in cap. præsentium. extra de electione, in 6. Marcus decis. 1339. num. vlt. volum. 1. & decis. 1030. per tot. vol. 1. 1334 num. 2. vol. 1. & 1036. per tot. vol. 1. Castrensis in l. 11. num. 2. ff. de pactis, & in l. 1. num. 24. ff. de procur. & si quis plura alia velit vide-

re, de conuocatione concilij, & qui numerus decurionū debeat interuenire pro validitate decretorū ipsius vniuersitatis, videat Marcū dicta decis. 1036. per tot. 1335. 781. 783. vol. 1. in quibus locis plura ponūtur de hac materia; pro cuius complemento illud dumtaxat subijciā.
80 † Quod si dubitatur an vniuersitas fuerit legitimè congregata, vel ne, præsumitur ob temporis antiquitatem, quòd fuerit legitimè congregata. Craueta de antiquit.
81 temp. fol. 128. num. 41. † Et si vniuersitas esset coadunata ad aliquid faciendum, & ibi esset aliquis, qui non esset de ipsa vniuersitate, & concilio, & vellet omnino ipsi concilio adesse, posset licitè per ipsam vniuersitatem expelli, quia turbat vniuersitatem in quasi possessione iuris in qua est. Nam in quasi possessione iuris habet locum quod dicitur vim vi repellere licet. glo. & Bart. in l. j. §. hoc interdicto. num. 4. ff. de itinere, actuque priua-
82 to. † Quartò ad hoc vt teneat conuocatio concilij, & valeant gesta, & decurionum decreta requiritur, vt maior pars omnium decurionum congregatorum consentiat, siue omnes de vniuersitate, seu concilio conuocati sint, siue duæ partes, vel plures, quia illud dicitur factum à concilio ciuitatis, quod est factum à maiori parte eorū, qui faciunt ipsum concilium, idest à duabus partibus totius ordinis decurionum, & sufficit maiorem partem istarum duarum partium consentire, vbi duæ partes dumtaxat interueniunt. Sed si omnes decuriones interueniant, sufficit maiorem partem omnium decurionum consentire glo. j. in l. nominationum. C. de decurionib. lib. 10. glo. in l. 2. C. de decretis decurionum lib. 10. l. quòd maior. vbi etiam glo. ff. ad municip. l. nulli, cum l. sequen. vbi glo. in verbo duæ partes, & Bald. num. 2. ff. quod cuiusque vniuers. nom. & in l. 8. §. j. num. 3. ff. de pact. vbi expresè dicit, in actibus vniuersitatum sufficere consensum maioris partis consiliariorum congrega-
83 torum, † & hoc casu non dignitas, & auctoritas ipsorum decurionum est attendenda, sed prævalet simpliciter maior pars, quæ minori præiudicat, Alexan. consi. 192. per tot volum. 6. & consil. 40. num. 1. volum. 2. l. j. & ibi Bart. C. de spectaculis lib. 12. vbi expresè dicit, q
con-

consensus populi, & sic maioris partis in rebus agendis
84 sufficit, licet primates reluctentur & dissentiant, † & huiusmodi consensus debet communiter, & simul in loco publico præstari, nec sufficit quòd separatim præstetur. l. 2. ff. de decret. ab ord. pulchrè Bart. in l. omnes populi. num. 18. ff. de iustit. & iure. Thes. decis. 257. num. 8. Decius consil. 437. num. 3. Castren. in l. j. num. 6. ff. de legib. Alexan. in l. 7. §. vlt. nu. 2. ff. de pact. nam in his, quæ pertinent ad plures, vt vniuersos, sufficit consensus maioris partis, debet tamen simul præstari in vno loco, & non in diuersis locis. Secus in his, quæ pertinent ad plures, vt singulos, in quibus consensus potest separatim præstari, sed requiritur omniũ consensus. l. per fundũ. ff. communia prediorum. Innocentius pulchrè in cap. cum omnes. num. 3. extra de constit. Castren. in l. 3. num. 7. 8. & 9. ff. quod cuiusque vniuer. nom. quinimo in casibus in quibus consensus maioris partis debet præiudicare minori, etiam si negotium pertineat ad plures vt singulos, requiritur consensus simultaneus. Bald. in §. ius autem ciuile. num. 16. 17. & 18. Instit. de iure nat. gentium & ciuil. Bart. in d. l. omnes populi, num. 18. ff. de iustit. & iure: & quòd in actibus vniuersitatum consensus simultaneus requiratur tenet Bald. in l. 3. num. 3. in fi. & etiam in secunda lectura, num. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Ozas. decis. 39. num. 3. pulchrè Marcus decis. 784. per tot. volum. primo; vbi allegat huius rei rationem, quia quando consensus præstatur simul & communiter, maior pars potest ad se trahere minorem, & è contra minor pars potest ad se trahere maiorem. Præterea consensus simul, & communiter præstitus, est magis deliberatus, & maiori est subnixus firmitate, & robore. Hanc eandem opinionem tenet Ias. in l. si quis. §. si parti. num. 8. & 9. ff. de legat. 1.

Hactenus vidimus qualiter concilium ciuitatis, siue alterius vniuersitatis legitimè conuocetur, & congregetur: Nunc dispiciamus, quis ordo, modus, & quę forma obseruanda sit in concilijs vniuersitatum, in reformatio-
85 nibus faciendis, & negotijs publicis expediendis. † Reformationes enim dicuntur, quæ fiunt à decurionibus,

vel ab antianis populi, & quæ non sunt insertæ in volumine statutorum. Ias. in l. cū prolatis, num. 6. 8. & 9. ff. de
86 re iudic. Castr. in l. j. nu. 4. ff. ad l. Falcid. † Primo igitur in huiusmodi reformationibus, & actibus vniuersitatum proponitur negotium quod fieri debet; Secundo consulitur super eo; Tertio fit reformatio, seu resoluitur, & definitur ipsum negotium Bart. in l. 2. nu 1. ff. ad S C. Velleianum, & in l. 2. C. de decur. lib. 10. & in l. oēs populi. ff. de iustit. & iu. Maranta in sua praxi fol. 2. nu. 7. vnus enim proponit in concilio, siue potestas, caput, seu rectores concilij, seu alius de consiliarijs, & interrogat an placeat alijs talis reformatio, & ita postea reformatur, & constituitur prout placet concilio Bart. in l. j. nu. 5. ff.
87 de legibus. † Et ob id, statuta condita à ciuitate, seu ipsius concilio sunt stricti iuris, quia fiunt per stipulationem, quæ est stricti iuris, præcedente. s. interrogatione, & subsequente rñsione, vt dictum est. Ita dicit Bal in d. l. j. ff. de legib. §. constat. vers. lex est, & ibi glo. in verbo veluti, & in verbo consule. Instit. de iure nat. gent & ciuili, & practicam faciendi propositionē in concilio docet Bart. in l. 5. nu. 1. C. de legat. lib. 10. & ibi etiam Ang. idē Bart. in d. l. oēs populi, nu. 16. petit enim proponens vtile & sanum cōsilium exhiberi, & hoc verum, qñ propositio fit super aliquo dubio, sed qñ fieret super certo, secus: exempli gratia finitum est officium vnius officialis, congregatur concilium vt eligatur sequens officialis, tunc quia certum est electionem debet fieri, non petit proponens consiliū super hoc, sed petit vt noua fiat electio alterius officialis per ipsos consiliarios, & quod propositio fienda in concilio debeat fieri per maiorem, seu superiorem tenet Bar. in l. 2. nu 6. & 7 C. de decurionib. lib. 10. & ibi Ang. nu. 8. Castr. in l. 22. §. præter hæc nu. 4.
88 ff. de pet. hæred. & in l. j. nu. 4. ff. ad l. Falcid. † Sed an reformatio facta à cōcilio ciuitatis valeat, si non appareat de propositione facta à dic ꝙ sic. Castr. in d. l. j. nu. 5. ff. ad legem Falcid. Bart. in l. 2. & ibi etiam Ang. num. 8. C. de decur. lib. 10. etiam si extet statutum ꝙ non fiat reformatio, nisi fiat propositio per priorem, seu antianum. Nam si reperiatur reformatio facta à concilio vel populo valet, li-

let, licet non appareat de propositione. Castr. in l. j. nu. 2. ff. de constit. Principum. Ias. in l. j nu. pen. & vlt. ff. de legib. & in l. vniuersis nu. 2. C. de prec. Imp. offer. Rolan.
89 cons. 90. nu. 13. 14. & 15. vol. 1. † Quid si facta fuit propositio per personam inhabilem? puta infamem? an valeat reformatio facta? certè sic; postquàm apparet de consensu, & voluntate populi, seu concilij ciuitatis. Ias. in d. l. vniuersis. nu. 2. Castr. in d. l. j. nu. 6. ff. ad legem Fal-
90 cidiam. † Quid si propositio fuit facta super materia prohibita, vt si statutum dicit, quod tale negotiũ non possit proponi in concilio, an valeat reformatio? certè non. nisi dispẽsaretur contra statutum Castr. in d. l. j. nu. 6. ff. ad l. Falcid. Illud postremo circa hanc materiã proposi-
91 tionis fiendæ in concilio sciendum est, † quod debet fieri diu propositio super rebus agendis, antequàm delibere-
92 tur, & fiat reformatio, seu decretum, † & ideo rationabilia sunt statuta dicentia, quod prius aliquid debeat proponi in concilio minori, antequàm proponatur, & ter-
93 minetur in concilio maiori, † debent enim consiliarij in rebus, & negotijs publicis maximè arduis tractandis cautè, prudenter, & maturè procedere, non velo leuato, & perfunctoriè. Rolandus consil. 90. nu. pen. & vlt. vol. 1.
94 Castr. in l. 22. §. præter hæc. nu. 4. ff. de pet. hæred. † Aduertantq; diligenter decuriones, vt eorum reformationes, & decreta sint honesta, iusta, & rationabilia aliàs
95 non valerent. Ozas. decis. 17. num. 8. & 11. † & non sint ambitiosa, & ad æmulationem facta, quia possunt rescindi, cassari, & reuocari. l. ambitiosa. ff. de decretis ab ord. facien. Marcus decis. 800. nu. 2. vol. 1. Bart. in l. 12 nu. 2.
96 & vlt. C. de transact. † licet enim quod semel ordo decreuit, non oporteat id rescindi, ex causa, tñ hoc licet, videlicet si ad publicam vtilitatẽ respiciat rescisio prioris decreti. l. quod semel. ff. de decretis ab ord. facien.
97 † Nam à decreto decurionum ciuitatis iniquo, & publicæ vtilitati contrario potest appellari ad officialem ipsiusmet ciuitatis: dummodo habeat merum & mixtum imperium, & non sit creatus ab ipsis decurionibus, sed
98 superiore. Maranta fol. 470. num. 395. † Caueant etiam consiliarij, vt quando in vniuersitate, seu cõcilio aliquid

damnosum,& illicitum tractatur,vt expressè contradicant,alias ita inuoluuntur pęna delicti,quemadmodum consentientes. Ias. in l.quæ dotis. nu.89.ff.sol. matrim. Marcus decis.962. per tot.maximè. num. 2. vol.1. Conuocato igitur concilio, coadunatisq; decurionibus, factaq; propositione,vt supra diximus,in reformationib
99 deinde faciendis,is ordo seruari debet, † vt is qui maioris auctoritatis,& dignitatis est,debeat habere primã vocem,& sic consequenter & successiuè suffragia danda sunt secundum cuiusque qualitatem,honorem, & prærogatiuam. Marantà in sua praxi fol.2.num.8.l.6. §.priuilegijs. vbi Bart.ff. de decur. Sed quia aliquando ordo decurionum, vel quia multitudine negotiorum impeditus est, vel quia ita ipsi vniuersitati expedit, nam segnius expediunt commissa negotia plures,committit ali quibus ex concilio, seu alijs personis, quæ non sunt de corpore ipsius concilij alicuius negotij expeditionem, & dat ipsis super eodem negotio arbitrium.idcirco aliqua circa hanc materiam subijciam, an scilicet, & quando decreta,seu reformationes factæ per ipsos deputatos valeant,necne. Pręmitto primò verissimam esse illam re-
100 gulam, † quod illud quod fit ab his, qui habent auctoritatem à cõcilio vniuersitatis, videtur fieri ab ipsomet
101 cõcilio ciuitatis.† Nam omnia ea nostra facimus,quibus auctoritatẽ nostram impartimur,inquit Imperator in l.j.C.de vet.iure enucl.text.est de hoc expressus, & in terminis materiæ nostræ in l. 6. §. si decuriones.ff.quod
102 cuiusq; vniuers. nom. † Hinc si concilium ciuitatis vel alterius vniuersitatis eligat illum in officialem, quem priores, vel alij deputati nominauerint, nominatus à prioribus,seu ab alijs deputatis,censetur specialiter nominatus,& electus ab ipsomet concilio ciuitatis.l.vnum ex familia §.1.ff. de leg.2. vbi de hoc est tex.& ibi etiam Bart.num.1.& Castr. vbi electus, seu nominatus ab aliquo,censetur ab illo electus,seu nominatus,qui eligenti potestatem tribuit eligendi, & sic ille eligens, vel nominans dicitur exercere nudum ministerium, & nullũ ius tribuit,sed omne ius habet electus ab illo, qui potestatẽ dedit. d. l.6. §.si decuriones.ff.quod cuiusque vniuersit.
nom.

nom. parui enim refert ipse ordo eligat, an is cui ordo
103 negotium dedit d §. si decuriones. † Sed quid si eorum electio non valeat, vt puta si elegerunt inhabilē, an possint iterum eligere? Castrensis in l. 69. §. 1. nu. 3. ff de leg. 2. tangit hanc difficultatem, & dicit quòd nō possunt ite-
104 rum eligere, tanquam functi sint eorum officio, † sicut iudex delegatus, qui tulit sententiam nullam, l. iudex postea quam. ff. de re iudicata. Bartol. tamen in l. 2. ff. de optio. legata circa hunc articulum distinguit, an istis deputatis fuerit collata ordinaria, vel delegata potestas, quia primo casu iterū possent eligere, sicut ordinarius, qui tulisset sententia nullam, quia posset iterum illam dare, l. si præses. C. quomodo, & quando iudex, secus in secundo casu, quia non possent iterum eligere. quando autem cēseatur collata ordinaria vel delegata potestas, seu iurisdictio explicat ibid. Bart. ad quem me remitto. Hinc etiā sequitur, quod si priores, seu antiani alicuius vniuersitatis fecerint aliquod statutum vigore auctoritatis sibi ipsis concessæ, à concilio ipsius ciuitatis, certè istud statutum non dicetur conditum per ipsos priores, sed ab ipsomet ordine decurionū, & per hoc, nec ijdem priores, nec alij sequentes possunt istud statutum sine ipsius cōcilij auctoritate reuocare, secus si priores fecerūt ipsum statutum ex eorum officio tanquam priores, quia erat eis hæc facultas, & potestas concessa, tunc enim & ipsi, & successores in officio possunt illud reuocare. Bar.
105 in l. 2. §. 1. num. vlt. ff. de optione legata. † Sed quid si concilium ciuitatis dat arbitrium, seu potestatem prioribus vel alijs super alicuius negotij explicatione vtrū ipsi priores, vel alij, quibus est datum arbitrium, possint alij committere, & transferre in alios auctoritatem sibi ipsis concessam. Bart. in l. 6. §. 1. ff. quod cuiusq. vniuersi. nom. ponit hanc quæstionem, & dicit esse videndum vtrum populus, vniuersitas, seu ipsius concilium trāstulerit iurisdictionem ordinariam, vel delegatam. Primo enim casu potest transferri in alios, quia cū habeant ordinariam iurisdictionem à populo, poterunt hanc eandē alijs demandare, nisi electa sint industria personarū, secus in secundo casu. Qua in re faciunt, quæ scribit

Bart.

106 Bart.in l.omnes populi.nu.20.ff. de iust.& iure. † Cæterùm si vniuersitas aliqua, seu ordo decurionũ per statutum,reformationem, & decretum committat aliquid prioribus,antianis,seu alijs intelligitur, vel maiori parti eorum,si alij sunt absentes, debent tamen requiri, & vocari, quia forte eorũ præsentia traheret alios ad suã sententiam, Bartol.in l.11.nu.1.ff.de pactis. Ias. in l. 10.
107 num.1.& 2.ff.eod. † Non possunt tamen priores quib. aliquid est commissum prouidere contra ordinamenta, statuta, & reformationes ipsius concilij,nisi necessitate vrgente, & emergente, vel ex magna & euidenti causa, Bart.in l 4.num.2.C.de nauicularijs lib.10. Ias.in repet. l.9.ff.de iust.& iure,& quando aliquid committitur aliquibus per ipsum concilium ciuitatis valet,licet iterum non reducatur ad conciliũ, quia sufficit semel fuisse commissum. Cagnol.in l.2.num.59.ff.de orig.iur.ciu.

Vidimus hactenus de decurionibus, seu consiliarijs, qui sunt generales administratores vniuersitatũ rerumque publicarum,necnon aliqua diximus de his, quibus aliquid commissum est ab ipsomet ordine decurionum. Nunc superest pro cõplemẽto huius primæ partis præsentis tractatus, vt aliqua breuiter,& strictim subijciamus de alijs particularibus officialib. seu administratoribus,qui ab ordine decurionum, & concilijs vniuersitatum eliguntur, vt publica negotia gerant, publicasque res administrent:latius particulatim, & sigillatim suo lo
108 co,& tempore de hoc dicturi. † Isti igitur administratores particulares ab vniuersitatibus constituti veluti sindici,procuratores, actores, seu negotiorum gestores possunt intentare,& mouere actiones competentes ipsi vniuersitati.Castrẽsis in l. vlt.ff. quod cuiusque vniuers. nom. Bald in l. 30. vbi de hoc est text. C. de decurionibus lib. 10.& possunt omnia alia negotia ipsius reipublicæ expedire,etiam si requirerent speciale mandatum.
109 † dicuntur enim habere liberam,& generalem administrationem, seu mandatum, & potestatem generalem cum libera glo.vlt.in l.mandato generali.ff.de procurat. Decius cons.297.num.2.Alex.in l.12.num.2. & 3. C. de
110 transact.& in l.16.num.2. C. de procurat. † vbi procu-

ratos,

rator, seu sindicus vniuersitatis potest vedere rem ciuitatis sine mandato, quia dicitur habere liberam admini
111 strationem, † æquiparantur enim isti sindici tutoribus, qui habent potestatem cum libera. Decius cons. 297. num. 1. & 2. & quòd isti administratores publici censeantur habere liberã administrationem, tenet Alex. in l. 11. §. plerumque. num. 12. ff. de pact. & in l. 27. num. 17. ff. si cert. pet. Castr. in d. §. plerumque. n. vlt. & in l. 58 num. 8. ff. de procurat. Bal. in l. vnica. nu. vlt. C. etiã per procur. caus. restitut. in integrum. vbi isti administratores dicũtur habere publicum officium, & sic speciale mandatum. idem Bald. in l. 12. num. 2. C. de transact. vbi licet in mandato singularium personarũ sit necessaria adiectio liberæ, vel æquipollentis, ad hoc vt libera censeatur data potestas, & administratio, in mandatis tamen vniuersitatum tacitè hoc videtur inesse, ex legis dispositione. Curtius iunior in l. Præses. num. 2. C. de transact. Marcus decis. 780. num. 8. vol. 1. & decis. 701. per tot. volu. 2. & ibi etiam in addit. Ias. in l. 12. num. 7. 8. 9. & 10. C. de
112 transact. & ibid. Barto. num. 4. † Hinc cum isti administratores habeant liberam & generalem administrationem, possunt super re dubia ipsius vniuersitatis transi-
113 gere, † & tenet transactio, licet in ipsa requiratur speciale mandatum, si modò bona fide, & non ambitiosè facta sit. l. transactionis l. 12. C. de transactio. & ibid. Alex. num. 1. 2. & 3. Bald. num. 1. cum sequen. Curtius iunior num. 2. Ias. nu. 1. cum pluribus sequen. Decius cons. 297.
114 num. 4. 5. & vlt. † Non enim possunt ius reipublicæ, & debitum liquidum remittere, nec donare, nec in præiudicium ipsius vniuersitatis, alicui gratificari. l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. facien. l. 2. cum glo. C. de decret. decur. super immunit. lib. 10. Bald. in l. 38. ff de pact. Alexan. in l. 11. §. plerumque. nu. 9. 11. & 12. ff. eod. titul. de pact. & in d. l. 12. num. 1. 2. & 3. C. de transact. Castren. in d. §. plerumque num vlt. & in d. l. 38. num. 1. ff. de pact. vbi expressè dicit istos administratores vniuersitatum posse pacisci ad vtilitatem, & damnum ipsius vniuersitatis, nisi huiusmodi pacta sint ambitiosa, cõtinentia scilicet donationem, & debiti liquidi remissioné. non enim

hoc

hoc possunt facere, vt de hoc est textus expressus in d. l. 12. C. de transact. Bald. in l. 22. num. 1. C. de pact. vbi huius rei ponit rationem, & in d. l. 12. num. 1. 4. 5. *6.* & *7.* C. de transact. & ibid. Iasnum. 1. 12. & 15. Curt. iunior. num. 5. & *6.* Marcus decis. 207. per tot. volum. 2. Masch.
115 conclu. 1314. per tot. † Sed vtrum l. si quis maior C. eo. tit. de transact. habeat locum in ciuitate vel alia vniuersitate, vide Cagnolum in d. l. si quis maior. num. 17. cum pluribus sequen. & ibi Ias. num. 7 cum pluribus sequen. decis. Auenionen. 128. num. 8. Licet autem isti administratores particulares rerum publicarum non possint
116 gratis debitum liquidum vniuersitatis remittere, † si tamen confiteantur solutum esse vniuersitati, sintque tales personæ quæ positæ sunt, & constitutæ ad recipiendam solutionem, talis confessio præiudicat vniuersitati,
117 & ei statur. Castren. in l. 38. num. 3. ff. de pact. † Possunt etiam administratores vniuersitatum debitum vsurarium, tamquam odiosum remittere, l. aduersus, C. de vsuris, Curtius iunior in d. l. 12. num. 8. *9.* & 11. C. de
118 transact. Castr. in d. l. 38. num. vlt. ff. de pact. † Habent etiam aliud isti publici administratores, quia quando plures sunt simul constituti ab vniuersitate, quilibet eorum habet potestatem & mandatum in solidum, etiã in his, quæ requirunt speciale mandatum, licet hoc expressum non fuerit, l. 11. 12. 13. ff. ad municipales. Personam enim publicam gerunt, & ideo habent mandatum in solidum. Pulchrè Decius cons. 297. per totum. Marcus decis. 780. num. vlt. vol. 1. Maschar. conclus. 1314.
119 per totam, Ripa in l. si is qui bona num. 4. ff. de pign. † & quilibet eorum tenetur in solidum & alter pro altero, & quòd vnus soluit propter culpam alterius, repetit ab illo per actionem negotiorum gestorum, Castrens. in l. cum alicui. num. 4. & in l. 31. num. 1. & 2. ff. de negotijs gestis, toto tit. C. quo quisque ordine conuenien. lib. 10. l. 11. cum duabus sequen. ff.
120 ad municipales. † An autem isti administratores rerum publicarum habeant beneficium diuisionis, & ordinis, sicut contutores ponit latè Boerius decisio. *60.*
121 nu. 1. 2. & per totam vbi multa de hac materia, † Qualiter

liter autem propter negligentiam puniantur isti administratores, & ad quid teneantur, vtrum dumtaxat de dolo, an verò etiam de lata culpa, leui, & leuissima, & de casu fortuito vitioque naturali, vide Ozasch. decis.109. num.7. & 8. Borgnin. decis. 37. nu. 12.& 14.19.20. cum plur.sequen.fol.298. & decis.320. num. 22. fol. 292. De quibus omnib. latè disseremus inferius suo loco & tempore. Et ex istis remaneat expedita ista prima pars præsentis nostri tractatus.

Primæ Partis finis.



TRACTA-

TRACTATVS DE IVRE

Vniuersitatum.

PARS SECVNDA.

De actibus iudicialibus, qui fiunt nomine vniuersitatum, tàm in agendo, quàm in excipiendo. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas potest agere, & conueniri.*
2 *Vniuersitas non potest per se in iudicio stare, sed per suos sindicos, seu actores.*
3 *Vniuersitas potest cogi ad constituendum sindicum.*
4 *Vniuersitas aequiparatur pupillo.*
5 *Pupillus quando conuenitur in iudicio, actor debet petere, vt constituatur eidem pupillo tutor.*
6 *Curator ad lites constituitur minori etiam, inuito.*
7 *Vniuersitas si nullum sindicum habeat, per quem possit defendi, admittitur quilibet etiam extraneus ad defensionem eiusdem vniuersitatis.*
8 *Absens potest à qualibet persona etiam extranea defendi,*

fendi, dummodo caueat de iudicato soluendo.

9 *Reipublicæ interest quamplurimos ad defendendam suam causam admittere.*

10 *Satisdatio, seu cautio rati, firmat personam eius, de cuius mandato dubitatur.*

11 *Sindicus vniuersitatis, si de eius mandato, seu decreto dubitatur, admittitur cum cautione de rato.*

12 *Sindicus, seu actor eligitur ab ordine decurionum.*

13 *Sindicũ quælibet vniuersitas approbata potest facere.*

14 *Pro vniuersitate quis possit agere.*

15 *Iudex ordinarius, an & quando possit agere pro vniuersitate, cui præest.*

16 *Pupillus si non habet tutorem, iudex supplet.*

17 *Iudex ordinarius, vel alius magistratus, an & quando possit agere pro singulis collegijs existentibus in vniuersitate, cui præest.*

18 *Sindicus vniuersitatis qualiter constituatur.*

19 *Sindicum certa pars vniuersitatis potest constituere.*

20 *Sindicus an possit constitui ab antianis, vel consulibus.*

21 *Sindici constitutio ad hoc vt teneat, & valeat, quæ requirantur.*

22 *Sindici constitutio an requirat de necessitate decretum, & auctoritatem iudicis.*

23 *Sindici constitutio ad hoc vt subsistat an requiratur, vt in instrumento sindicatus describantur, & exprimantur nomina omnium decurionum, qui ipsi constitutioni fuerunt præsentes.*

24 *Sindici constitutio illegitima potest per vniuersitatē ratificari verbo, & facto.*

25 *Sindicus constitutus ab vniuersitate si appelletur procurator, an ista nominatio habeat vitiare actum constitutionis.*

26 *Sindicus constituitur tam ad negotia, quàm ad iudicia.*

27 *Actor constituitur ab vniuersitate ad lites tantum.*
28 *Sindicus habet mandatum generale cum libera administratione.*
29 *Actor constituitur ab vniuersitate ad vnam causam dumtaxat, & sic habet tantum speciale mandatū.*
30 *Sindicus constituitur ab ipsa vniuersitate.*
31 *Actor non solum potest constitui ab ipsa vniuersitate, sed etiam ab antianis, prioribus, seu consulibus ipsius vniuersitatis.*
32 *Actor constituitur à tutore vel curatore.*
33 *Sindicus constituitur ab vniuersitate, & ordine decurionum sine decreto iudicis.*
34 *Actor quando constituitur non ab ipsa vniuersitate, sed ab eius administratoribus, requiritur decretum iudicis.*
35 *Sindicus constituitur ad lites præsentes, & futuras.*
36 *Actor constituitur ab vniuersitate ad lites præsentes tantum, & non ad futuras.*
37 *Actor quare non possit dari, nisi ad lites præsentes: sindicus autem ad præsentes & futuras.*
38 *Sententia non tenet, nisi super re certa.*
39 *Procurator propriè est ille, qui à persona singulari constituitur.*
40 *Sindicus propriè ille dicitur, qui est constitutus ab vniuersitate & collegio.*
41 *Oeconomus duntaxat ab episcopo constituitur, & in rebus ecclesiasticis.*
42 *Sindicus & procurator in effectu vnum, & idem sunt.*
43 *Vniuersitas non solum sindicum, sed etiam procuratorem constituere potest.*
44 *Procurator & sindicus in multis pari passu ambulāt.*
45 *Sindicus est nomen græcum, & defensorē significat.*
46 *Vniuersitatum causæ eo ordine tractantur, quo causæ singularium, & particularium personarum.*

Forts

47 *Feria messium, & vindemiarum non seruantur in causis vniuersitatum.*

48 *Procurator constitutus à singulari persona vtitur in procedendo iure communi tam in agendo, quàm in excipiendo.*

49 *Sindicus vel actor constitutus ab vniuersitate vtitur iure communi in agendo, nisi aliud expressum sit, licet in excipiendo vtatur iure singulari.*

50 *Procurator quis non præsumitur, nisi probetur mandatum.*

51 *Sindicus quis non præsumitur, nisi constet de mandato.*

52 *Procurator non potest esse testis in causa, in qua extitit procurator.*

53 *Sindicus in causis in quibus pro vniuersitate interuenit, non potest esse testis.*

54 *Procurator post litem contestatam reuocari non potest, nisi cum causæ cognitione.*

55 *Sindicus siue actor ab vniuersitate constitutus, non potest lite contestata sine superioris auctoritate reuocari.*

56 *Procuratori non datur actio iudicati, nec contra eũ, nisi in rem suam datus sit.*

57 *Actori ab vniuersitate constituto, seu sindico non datur actio iudicati, nec similiter contra eum.*

58 *Filiusfamilias potest constitui procurator.*

59 *Filiusfamilias potest ab vniuersitate constitui actor & sindicus.*

60 *Sindicus constitutus ab vniuersitate, vsque ad certum tempus, an finito tempore, & lite contestata teneatur litem prosequi.*

61 *Sindicus ab vniuersitate constitutus cum auctoritate magistratus, seu alterius superioris, an & qualiter possit agere contra ipsum magistratum, & superiorem.*


62 *Citatio est principium, et fundamentum omnium iudiciorum.*
63 *Vniuersitas qualiter citari debeat.*
64 *Vniuersitas coram quo iudice conueniri debeat.*
65 *Sindicus uniuersitatis agens quod nomen debeat in libello ponere, et qualiter libellum concipere debeat, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, quàm in criminalibus.*
66 *Iuramentum calumniæ hodie tam actores, quàm rei tenentur subire.*
67 *Vniuersitas, an & qualiter teneatur de calumnia iurare.*
68 *Vniuersitas caret anima & est nomen iuris, & non personarum.*
69 *Sindicus vniversitatis respondet positionibus cum iuramento calumniæ.*
70 *Reorum propriorum est fugere.*
71 *Vniuersitas si est contumax, qualiter contra ipsam procedatur.*
72 *Decretum secundum non interponitur contra pupillum.*
73 *Decretum secundum interponitur contra uniuersitatem.*
74 *Contumacia sindici an, & quando noceat vniuersitati.*
75 *Confessio sindici facta in iudicio an noceat vniuersitati.*
76 *Sindicus vniuersitatis an, & quando possit deferre aduersario iuramentum litis decisum, vel super aliquo emergenti.*
77 *Expensas litis an & quando vniuersitas iniustè litigans reficere, & soluere teneatur.*
78 *Vniuersitas si litigat cum aliquo eiusdem met vniuersitatis, & fuerit condemnata in expensis, an is contra quem litigat vniuersitas teneatur contribuere*

in

mandari executioni in vijs publicis & alijs rebus similibus.

94 *Vniuersitas condemnata si nulla bona habeat, in quibus possit fieri executio sententia, debet, & cogitur collectam imponere, vt de eius exactione soluatur condemnatio.*

95 *Vniuersitas si nolit imponere collectam, iudex ciuitatis ipsis de vniuersitate, eam imponet.*



1 CErtissimum est in iure, † Vniuersitatem
posse agere, & conueniri. l. 1. §. 1. l. 2. 3. 7.
& 9. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. l. pro-
2 curatores. C. de decurio. lib. 10. † Non
tamen potest per se in iudicio stare, sed
per suos sindicos, & actores, per quos ip
sa respublica repræsentatur, d. l. 2. & 3. ff. quod cuiusque
vniuers. d. l. decuriones, & ibi etiam gl l. 8. vbi de hoc est
tex. elegantissimus. ff. de policitationibus l. 27. iuncta gl.
ff. ad S. C. Trebell. l. 10. §. qui manumittitur. ff. de in ius
vocando. Bald. in l. 6. §. 2. num. 3. ff. de his qui not. infam.
3 & ideo † potest vniuersitas cogi ad constituendum sin-
dicum, l. 4. §. creditoribus ff. de fideicom. libertatibus, d.
l. 27. ff. ad S. C. Trebell. Castren. in d. l. 5. §. 1. nu. 2. ff. quod
cuiusque vniuers. nom. Bart. in d. l. 4. § creditoribus; &
in l. 3. num. vlt. ff. de alimentis, & cibarijs legat. Marcus
decis. 489. nu. 5. in fine vos r. Bart. & Ripa in l. 1. §. si au-
tem collegium nu. 9. ff. ad S. C. Trebell. vbi expressè dicit
vniuersitatem posse officio iudicis compelli ad faciendũ
sindicum contra quẽ creditores agant, & qui ipsam vni-
uersitatem defendat, & vt facilius causæ tractentur, Frã
ciscus Curtius in l. 2. §. hoc etiam. num. vlt. C. de iureiu-
rando propter calumniam dando, & ibi etiam Bald. nu.
2. & in l. 15. num. 5. C. de testamen. manumiss. & in l. 8. in
2. lectura. ff. quod cuiusque vniuers. nom. ratio est, quia
4 † respublica & vniuersitas æquiparatur pupillo. l. 3. C.
de iure reipublicæ lib. 11. & sicut quando igitur contra
5 pupillum † actor debet petere, vt constituatur eidem
pupillo tutor, curator, seu defensor. l. 3. §. fin. ff. qui pen

tur.

tur. ita quando agitur contra vniuersitatem potest & debet petere actor vt constituatur Sindicus, & imputabitur actori si non petierit. l. 1. & ibi etiam Bart. nu. vlt.
6 C. de iure reipub. lib. 11. eodem modo videmus quod † minori, etiam inuito constituitur curator, seu defensor
7 ad lites. §. 1. Instit. de curato. Quod † si nullus sindicus ab vniuersitate sit constitutus per quem possit defendi ipsa respublica, vel si sit constitutus, absit, aut valetudine impediatur, aut inhabilis sit ad agendum, admittitur quilibet etiam extraneus ad defensionem eiusdem
8 vniuersitatis. Quemadmodum enim † ad defensionē priuatæ personæ absentis admittitur quilibet, dummodo caueat de iudicato soluendo, ita & ad defensionem
9 vniuersitatis, licet non sit propriè absens. Nam † reipublicæ interest quamplurimos ad defendendam suam causam admittere. l. 4. ff. de oper. nou. nunciat. quia hoc modo melior conditio vniuersitatis fit. l. 1. §. vlt. & ibi etiam Bart. nu. vlt. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Cast. in d. l. 1. §. 1. num. 7. & sicut pro priuata persona admitti-
10 tur quis cum cautione de rato; nam † per cautionem rati, firmatur persona eius de cuius mādato dubitatur,
11 ita & † pro vniuersitate quis admittitur cum cautione de rato, quoties de mandato, seu decreto dubitatur. l. 6. §. actor vniuersitatis. ff. quod cuiusque vniuers. nom. tex. est in l. 2. §. hoc etiam. C. de iureiuran. prop. calu. dan. & ibi etiam Bald. num. 1. & Franciscus Curt. num. 6. glo. 1. in l. vlt. C. de vend. reb. ciuil. lib. 1. glo. vlt. in l. 1. §. vlt. ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. nona, cum glo. magna. ff. rem ratam haberi. Non tamen actor seu sindicus ab vniuersitate constitutus tenetur cauere de iudicato soluendo, glo. in l. 6. §. actor vniuersitatis, in verbo de rato ff. quod cuiusque vniuersitatis nom. Ias. in l. 4. nu. 19.
12 ff. de re iudicata, † vniuersitas igitur, seu ipsius concilii de iure communi habet auctoritatem eligēdi sindicos, seu actores per quos agere vel conueniri possit. Bart. in l. 2. num. 8. C. de decurio. lib. 10. l. 30. C. eod. titu. l. 27. & ibi glo. & etiam Bar. ff. ad S. C. Trebell. & ibid. Alexand. num. 5. 6. & 7. nec est necesse, quòd constituatur à concilio, seu ab adunantia generali, sed sufficit quòd consti

tuatur à concilio ordinario. Castrens. in l. 3. numero 6. ff.
13 quòd cuiusque vniuers. nom. Nam † quælibet vniuersitas approbata potest facere sindicũ, Marcus decis. 800.
14 num. 5. & 6. vol. 1. † Is enim pro vniuersitate potest experiri cui hoc concessum est à lege; vel consuetudine, vel ab ordine decurionum; seu consilio ipsius vniuersitatis, vel à maiore parte, idest à duabus partibus totius ordinis decurionum. l. 27 cum glo. ff. ad Trebell. glo. 1. in l. vltima. C. de vend. reb. ciuit. li. 11. l. 2. & 3. ff. quod cuius-
15 que vniuers. nom. † Nam iure communi magistratus, seu potestas, qui præest ipsi vniuersitati agit pro ipsa communitate, quando respublica non habet caput, rectores, administratores, actores, seu sindicos. glosa 2. in l. 3. ff. qđ cuiusque vniuers. æquiparatur enim vniuersitas pupil-
16 lo. l. rempublicam. C. de iure reipublicæ libro 11. † Sed si pupillus non habet tutorem iudex supplet. l. bonorum. C. qui admitti ad bonorum possess. l. si infanti, in fine. C. de iure deliber. ita in vniuersitate iudex seu potestas supplet defectum administratoris, seu sindici Barto. in l. 3. numero 1. 3. 4. & 5. ff. quod cuiusque vniuers. nom. sicuti enim ad agendum pro singulari persona, sunt aliqui qui habent potestatem à lege, etiam sine mandato expresso, ita ad agendum pro vniuersitate. Castrens. in l. 3.
17 numero 1. ff. eodem tit. quod cuiusque. Nec solùm † magistratus potest agere pro ipsa vniuersitate, cui præest, si non habeat sindicum, seu administratorem, sed etiam pro singulis collegijs existentibus in illa vniuersitate, si non habeant rectorem. glosa secunda in d. l. 3. ff. quod cuiusque vniuers. Castr. in dicta l. 3. numero 1. 2. 3. 4. & 5.
18 † Sindicus igitur vniuersitatis vel ipso iure communi, & legis dispositione, vel ab ipsamet vniuersitate, seu or-
19 dine decurionum constituitur; & † non solùm tota vniuersitas, sed etiam certa pars vniuersitatis potest facere sindicum. Iason in repet. l. 9. num. 41. ff. de iustitia & iure, & in l. si quis. 32. §. si parti. nu. 2. & 7. ff de leg. 1. Castr.
20 in d. l. 32. §. vlt. nu. 3. ff. de leg. 1. Sed an † antiani vel consules possint facere sindicum? vide Alexan. in l. 1. §. plerunque, numero vlt. ff. de pact. Castrens. in l. 3. num. 6. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Alex. in l. omnibus. num. 5. 6. &

21 6. & 7. ff. ad Senatusc. Trebell. † In constitutione autem huiusmodi sindicorum multa requiruntur, ad hoc vt talis constitutio teneat, & valeat, quorum aliqua sunt generalia ad omnes alios actus qui fiunt ab vniuersitatibus, aliqua autem sunt particularia, specialiter respicientia modum, & formam constitutionis ipsius sindici. Primò igitur requiritur, vt vniuersitas, seu ipsius concilium conuocetur mandato superioris. l. obseruare. C. de decurionibus. lib. 10. & vbi non sit superior, decurioni antiquiori in officio competit hoc ius conuocandi concilium. glos. in l. 3. & ibi Doctores. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Boer. in tract. de seditiosis. cap. vlt. numero 8. Secundò requiritur vt ipsum concilium congregetur in loco publico, solito, & consueto, vel per campanam, vel tubam, vel præconis voce, iuxta consuetudinem cuiusque loci. d. l. obseruare, & ibi etiam glo. Glo. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. Boerius loco allegato. numero 8. Tertiò quòd sint præsentes, & intersint ipsi concilio, saltem duæ partes ex tribus ipsorum decurionum. l. 3. & 4. ff. quod cuiusque vniuers. nom. glos. in l. 27. ff. ad Senatusconf. Trebell. Roland. consilio 55. numero 31. volum. 4. Quartò, quòd maior pars omnium congregatorum simul consentiat, siue omnes de concilio interfuerint, siue duntaxat duæ partes. dicta l. 3. & 4. & ibi glo. ff. quod cuiusque vniuers. nom. glo. in d. §. refertur. l. quòd maior. ff. ad municip. glosa in l. 30. in ver. reipublicæ. C. de decurionib. libro 10. & hæc requisita sunt generalia, ad omnes alios actus, qui fiunt ab vniuersitatibus, & de quibus in prima parte huiusce tractatus satis,
22 abundeque diximus. Quintò specialiter † ad hoc vt sindici constitutio teneat, requiritur vt interueniat decretum, & auctoritas iudicis, potestatis, seu alterius magistratus, qui præest ipsi vniuersitati, glosa in l. 3. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Ias. in l. 25. §. iussum. numero 39. & 40. ff. de acquir. hæred. vbi dicit, quòd ad vniuersitatem spectat creare sindicum, qui tamen venit confirmandus per superiorem. Idem tenet Bartol. in l. prima. C. de seruis reip. manumitt. & ibi etiam Bal. num. 6. Contrarium tamen, scilicet in constitutione sindici

ci sufficere decretum decurionum, nec esse necessariam superioris auctoritatem, seu iudicis, & magistratus decretũ, tenet glo. in l. actor. ff. rem ratam haberi, & in l. itẽ eorum. §. actor. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Nõ obstat. l. 1. & 2. C. de seruis reip. manum. super quibus fundatur prima opinio, quia vbi tractabatur de alienatione rerũ, quę seruando seruari poterant, meritò requiritur decretũ superioris, sicut in alienatione rerũ pupilli, & minoris. Tutius tamen est, vt vltra decretũ decurionum, interueniat etiam in sindici cõstitutione, superioris auctoritas. Bart. in l. 3. num. 7. ff. quod cuiusque vniuers. nom. & hanc opinionem, sufficere decretum decurionum, nec esse necessarium decretum, seu auctoritatem superioris, & iudicis, tenet Marcus decis. 787. per tot. vol. 1. Ripa in l. 3. §. si autem collegium. num. 6. ff. ad S. C. Trebell. Bald. in l. 3. num. 3. ff. quod cuiusque vniuers. nom. pro qua opinione adducitur text. in d. l. 3. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. vbi is potest nomine vniuersitatis experiri, cui lex permittit, aut, lege cessante, ordo decurionum dedit, ergo sufficit decurionum decretũ. Idem dicit tex. in l. item eorum. §. 1. ff. eod. cũ §. quid si actor. quibus in locis. I. C. loquens de sindici, & actoris constitutione, facit mentionẽ duntaxat de decreto decurionũ, & non de magistratus auctoritate, & decreto, maximè cum constitutio sindici nõ respiciat iurisdictionem, sed administrationem rerum ipsius vniuersitatis, super quibus liberè potest ipsa vniuersitas, seu ipsi concilium statuere, & disponere tanquam super rebus proprijs ipsius vniuersitatis: & quemadmodum quãdo procurator constituitur à domino, non est necesse quòd interueniat decretum iudicis, seu auctoritatis superioris, quia rei suæ quilibet est dominus, & moderator, ita et, eodem modo, videtur dicendum quãdo sindicus, seu actor constituatur ab vniuersitate, seu ordine decurionum, vt scilicet solum decretum decurionum, qui totũ populum repræsentant, sufficiat, nec sit necessaria alia superioris auctoritas. Bal. in d. l. 3. in 2. lect. n. 2. ff. quod cuiusque vniuers. Rol. à Valle, consil. 90. num. 5. vol. 1. & hæc est veritas. Pro conciliatione tamen harum opinionum

num contrariarum, Castr. in d. l. 3. num. 6. & in l. 6. §. sed & ita. nu. vlt. cum §. quid si actor. ff. eodem, sic distinguit, aut sindicus constituitur ab aliqua vniuersitate, seu cõ cilio ciuitatis, quæ ciuitas superiorem nõ recognoscit, & hoc casu non requiritur decretum, seu auctoritas iudicis, & magistratus, qui præest ipsi ciuitati, quia magistratus non est superior, sed inferior, cũ constituatur ab ipsa ciuitate non recognoscente superiorẽ, quæ tenet locum principis, & ita secundum eũ potest intelligi glo. in d. l. actor. rem ff. ratam haberi. sufficit enim hoc casu decretum ipsius ciuitatis, seu cõcilij; aut illa vniuersitas à qua fuit sindicus constitutus recognoscit superiorem, à quo solet cõstitui iudex seu potestas, qui preest ipsi vniuersitati, & hoc casu potest procedere alia opinio de qua in l. 3. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. vt scilicet sit necessaria auctoritas ipsius iudicis, & magistratus, & ita videtur secundum Castrensem de facto seruari, sicut in singulis deliberationibus, & concilijs, quæ fiunt in ciuitatibus subditis, & superiorem recognoscentibus, semper adsunt magistratus ipsorum locorum, qui repræsentant personam Principis, seu superioris, & qui præbent auctoritatem ipsis concilijs, & congregationibus. Sextò
43 † ad hoc vt constitutio sindici teneat requirit, vt in instrumento sindicatus describantur, & exprimãtur, sigillatim nomina omnium consiliariorum, qui ipsi constitutioni intersunt. l. vlt. C. de vendend. rebus ciuit. lib. 11. & maximè in causis arduis, in quibus nõ sufficeret dicere, quòd decuriones cõstituunt, & faciunt talem sindicum, vel nominare duos, vel tres ex ipsis decurionibus, & postea subijcere, & omnes alij, qui faciunt maiorem partem. Ias. in l. placet. num. 15. C. de sacrosanct. eccles. Breuiter circa hanc materiam Doctores nostri communiter dicunt, & distinguunt hoc pacto, aut tractatur de actibus vniuersitatis multum ponderosis, & præiudicialibus, & hoc casu debent exprimi nomina omnium decurionum, qui illi actui interueniunt, vt quando constituitur sindicus ad alienandam rem ipsius ciuitatis, d. l. vlt. C. de vẽd. reb. ciuitatis lib. 11. aut tractetur de alijs rebus, & negotijs, quæ non sunt magni ponderis, & præiudi-

iudicij, & tunc si vniuersitas, seu concilium est magnũ, frequens, & plenum, non est necesse quòd scribantur nomina omnium decurionum, propter difficilem, & longam dinumeratioñe, sed sufficit notarium dicere in instrumento omnes de concilio, seu duas ex tribus partes interfuisse: si verò vniuersitas est parua, tunc scribi debent nomina omnium decurionum in instrumento sindicatus, & alijs deliberationibus. ita dicit Bartol. in l.j. num. vlt. ff. de albo scrib. Bald. in l.3. num 3. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Rolandus consil. 90. num. 16. 21. & 55. vol. 1. & consi. 53. num. 31. vol. 4. Bart. in d. l. vlt. num. vlt. C. de vend. reb. ciu. & in l. 6. §. actor num. vlt. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Padiensis. fol. 375. nu. 2. Marcus decis. 780. num. 9. vol. 1. de qua materia latè Mysing. obseruatione 18. per totam. cent. 3. & obseruatione 76. per tot. cent. 1. vbi si sindicus cõstituatur ab vniuersitate aliquã per nomen collectiuum, vt puta si dicatur, talis vniuersitas, seu communitas constituit talem sindicum, nõ debent exprimi in instrumẽto sindicatus nomina singulorum, sed sufficit dicere omnes, vel maiorem partem interfuisse; secus si constituatur per nomina singularia puta, ciues, canonici, cõstituunt sindicum, quia talis sermo posset verificari de duobus tantum, & ob id nomina omnium decurionum, qui sunt præsentes sigillatim, & nominatim sunt exprimẽda: Maschar. concl. 1313. nu. 7. vsque in finem. Et hęc sufficiant circa requisita ad hoc vt sindicatus vniuersitatis sit legitimus, & validus. De qua materia si quis plura desideret videre consulat Cagnolum in l. aliud. §. refertur. nu. 5. 6. & 10. ff. de reg. iur. Bart. in l. actuarios 7. num. 1. C. de numerarijs & actuar. lib. 12 Rol. conf. 90. num. 3. cum seq. volum. 1. Papiẽsem fol. 375. num. 3. Marcum decis. 780. per tot. vol. 1. Alex. in l. 26. num. 5. 6. & 7. ff. ad S.C. Trebell. Castren. ibidem num. 2. & in l. j. §. 1. num. 9. ff. quod cuiusque vniu. nom Bald. in l. neque tutores, num. pen. & vlt. C. de procurat. & in l. 30. C. de decurionib. lib. 10. & in l. 3. num. 2. ff. quod cuiusque vniuers. nom. in j. lect. & in 2. lect. num. 2. Alexan. cons. 17. num. 1. vol. 6. & cons. 198. num vlt. vol. 2. & cons. 49. num. 1. volum. 7. quibus in locis multa tradun-

tur

tur de modo, forma, & requisitis in cõstitutione sindici.
24 Quod † si vniuersitas constituerit sindicum non seruatis supradictis solemnitatibus à iure ciuili requisitis, & sic constitutio est illegitima, pôt per ipsam vniuersitaté ratificari hæc constitutio sindici, valida non solum verbo, sed etiam facto, puta si vniuersitas soluat expensas factas in lite per sindicum non legitimè constitutū: hoc enim casu gesta per eum ratificare videtur. Decius cõs. 486. num. pen. & cons. 262. num. 6. & cons. 297. num. 3. & cons. 449. num. 35. Alexan. cons. 127. num. 2. volum. 5.
25 Sed quid † si vniuersitas constituit vnum sindicum, & appellat eum procuratorem, an per hoc vitietur instrumentum constitutionis sindici? & è contra si sindicum appello eum, qui est procurator, an ista nominatio, seu appellatio habeat vitiare actū? Pro declaratione istius rei, sciendum est, in iure nostro circa hoc propositū reperiri quatuor nomina, de quibus est videndū; est enim
26 sindicus actor, procurator, & œconomus, † sindicus cõ-
27 stituitur tàm ad negotia, quàm ad iudicia; sed † actor
28 ad lites tantum l. 2. ff. quod cuiusq; vniuer. nom. † Sindicus regulariter habet mandatum generale cum libera
29 administratione. † Actor verò constituitur ad vnam
30 causam, & sic habet speciale mandatum. Præterea † sin
31 dicus constituitur ab ipsa vniuersitate, † Actor pôt constitui ab administratoribus vniuersitatis, puta ab antianis, prioribus, seu consulibus ipsius vniuersitatis; sicut
32 † à tutore, vel curatore etiam constituitur, l. neque. C.
33 de procur. item † sindicus constituitur sine decreto iudicis ab ordine decurionum. l. j. §. item collegium. ff. ad
34 S.C. Trebel. sed † actor, qñ constituitur non ab ipsa vniuersitate, sed ab eius administratoribus, debet constitui cum decreto iudicis, seu magistratus. d. l. neque. & l. si
35 actor. C. de appellat. item † sindicus constituitur ad lites
36 præsentes & futuras, sed † actor vniuersitatis ad præsentes tm̃. l. item eorum. §. sed si ita. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. & ibi etiam Bart. num. 2. & 3. Castrens. in rubrica. ff. eo. DD. in d. l. neque, & ibi etiam glo. C. de pro-
37 cur. Sed quæ est ratio † cur actor non possit dari nisi ad lites præsentes: & sindicus ad præsentes, & futuras?

ras? Respondetur, quia aliam naturam habet officium actoris,& aliam officium sindici. Nam actor dicitur ab actu, vnde si lis non est in actu, sed solum in potentia, nomen actoris non potest verificari. Bald. in l. item eorum,§.si decuriones, in prima lectura, num. vlt.ff. quod cuiusque vniuers. nom. alia est ratio,quia cum huiusm o-
38 di decretum,seu constitutio actoris sit sententia; † sententia autem non teneat, nisi super re certa. §. curare. Instit. de actionib. l. non quemadmodum. ff. de iudicijs. l.j. §.1. ff. de vsuris; sequitur tale mandatum de futura lite,vtpotè incertum, non valere. glo.in l.6.§. sed si ita
39 in verbo decretum. ff. quod cuiusque vniuers.nom.† Procurator propriè est ille, qui à persona singulari consti-
40 tuitur, l.j. in princ.ff. de procur. †. Sindicus autem est ille,qui est constitutus ab vniuersitate, & collegio,l.j.§. quibus.ff. quod cuiusque vniuers. nom. & dicitur sindicus,quasi singulorum causas dicens. cap.1. extra de sindico,glo.in l.j.§.quibus autem in verbo,sindicum.ff.qđ cuiusque vniuers. & ad stipulandum non promittendũ quandoque constituitur, l. fin. quod cuiusque vniuers. nom. Ripa in l.si is qui bona. ff.de pignoribus. Actor autem dicitur in vna causa tantum, licet sindicus ad om-
41 nes. † Oeconomus verò duntaxat ab Episcopo constituitur, & in rebus ecclesiasticis. glo. in d.§. quibus, in verbo,sindicum,quæ poni t differentias inter sindicum, actorem, & œconomum. glo.in l item eorum.§.actor,in verbo,defendere, & in verbo,de rato.ff. quod cuiusque vniuers. Papien.fol.375.num.1.glo.in l.neque.C.de procurat. in verbo debent, Castrens. in l.6.§. vlt. ff. quod cuiusque vniuers.nom.& in §. sed si ita, & in l.9. num.2. 3.& 4.ff.rem rat. haberi. Bart.in l.j. §.1.n. 1.ff.quod cuiusque vniuers. nom. vbi plenè tractatur de supradictis differentijs inter sindicum,actorem, procuratorem, & œ-
42 conomum. In effectu tamen † sindicus & procurator vnum, & idem sunt, & potius debet fieri distinctio in qualitate constituentis, seu in modo & forma, constituendi, quàm in nomine administratorum, seu eorum, qui constituuntur; vnde si vniuersitas dicit ita constituimus talem procuratorem, iste propriè est sindicus,

& si

& si vnus priuatus diceret, constituo talem sindicum meum, iste esset procurator, & si omnia ista nomina simul ponantur, verbi gratia, si quis dicat, constituo talem meum sindicum, actorem, & procuratorem, in ea significatione quodlibet istorum nominum sumetur, quod congruit qualitati constituentis. Bald. in l.j.§. quibus autem.num.2.ff.quod cuiusque vniuers.nom.& in l. 21.num.1.in 2.lectu.ff.de his qui not. infam. & in l.neq; tutores, num.11.C.de procurat. vbi dicit, quòd non est vis in nomine, sed in modo cõstituendi, & qualitate rei mandatæ, Bart in l.6.num.vlt.& ibidem Castren. num. 5.ff.de præscript. verbis. idem Bart. in l.j.§.1.num.2. & 3.ff. quod cuiusque vniuers. vbi expressè dicit, si appello sindicum eum, qui est procurator, vel è contra ista appellatio seu nominatio non habet vitiare actum, vnum enim interdum ponitur, & intelligitur pro altero, secundum subiectam materiam, & qualitatem personarum. Castr. in l.j. §.1.num.vlt. ff.quod cuiusque vniuers. nom. Innoc. in cap.6.num.2.& in cap.3. in princ. extra de iu-
43 ramento calumniæ. Et per hoc † vniuersitas in causa vniuersitatis non solum sindicum, sed etiam procuratorem constituere potest. glo.in l.neque tutores. in verbo debent, in fine.C.de procurat. Bart.in §.si quis Episcopus. auth. de sanctiss. epis. Castr.in l.8.§. veterani procuratores.num.vlt.ff.de procur.& in l.j.num. pen.& vlt. ff.eod.& in l.6.§. sed si ita.num.2.ff.quod cuiusque vni-
44 uers. nom † Procurator enim, & sindicus in multis pari passu ambulant, vt dicit I.C. in l.6.§.actor vniuersitatis.vers. actor itaque iste.ff.quod cuiusq; vniuers. nom. Nam eo modo quo defendit procurator causam sui domini, agit & defendit sindicus causam vniuersitatis iux
45 ta notata in rubrica extra de sindico. † Sindicus enim, nomen Græcum est, & defensorem significat, secundum glo. in cap.1.& ibi Ant. de Butr.num.13. extra de sindi-
46 co. † Causæ enim vniuersitatum eo ordine tractantur. quo causæ singularium, & particularium personarum Bald.in l.j.in 2.lect.num.2.ff.quod cuiusque vniuer.nom.
47 † In causis tamen vniuersitatum non seruantur feriæ messium, & vindemiarum. Bald. in l.5.num.2. C. de feriis; Et

48 rijs; Et quemadmodum † procurator constitutus à sin-
gulari persona vtitur in procedendo iure communi, tàm
49 in agendo, quàm in excipiendo ita etiam † sindicus,
vel actor constitutus ab vniuersitate vtitur iure com-
muni in agendo, nisi aliud expressum sit; licet in exci-
piendo vtatur iure singulari Bart. in l. 3. num. 6. ff. quod
cuiusque vniuers. nom. Bald. in l. 27. num. 4. ff. si cert. pet.
50 & sicut quis † procurator non præsumitur, nisi probe-
51 tur mandatum; ita nec † sindicus quis præsumitur, nisi
probet se fuisse non solùm constitutum, sed etiam legi-
52 timè constitutum. & quemadmodum etiam † procura-
tor non potest esse testis in causa, in qua extitit procu-
53 rator, ita † nec sindicus in causis; in quibus pro vni-
uersitate interuenit. Mascar. conclus. 1313. per tot. &
54 quemadmodum † procurator post litem contestatam
reuocari non potest, nisi cum causæ cognitione. l. post
55 litem. ff. de procurat. eodem modo † sindicus siue actor
ab vniuersitate constitutus non potest, lite contestata,
sine superioris auctoritate reuocari: Bart. in l. 6. §. quid.
actor. num. 1. & ibid. etiam Castren. ff. quod cuiusque
vniuers. nom. d. l. 6. §. ex iisdem causis, vbi de hoc est
56 tex. in terminis. Præterea sicut † actio iudicati non
datur procuratori, nec contra eum, nisi in rem suam da
57 tus sit, ita etiam nec † actori ab vniuersitate cõstituto,
nec contra eum datur actio iudicati, l. 6. §. actor vniuer-
sitatis. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Insuper quemad-
58 modum † filiusfam. potest cõstitui procurator. l. filiusf-
59 fam. §. ipse quoque. ff. de procurat. ita etiam † filiusfa-
milias potest actor & sindicus ab vniuersitate dari. d. l 6.
60 §. vlt. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Sed quid si † sindi-
cus fuit constitutus ab aliqua vniuersitate vsque ad cer
tum tempus, & lis fuit contestata, & tempus est finitum,
an finito tempore teneatur litem prosequi? Distingui-
tur, aut quæritur vtrum possit compelli ad causam pe-
ragendam ab aduersario, & dico quòd sic; nisi sindicus
allegat aliquam iustam causam ex his, quæ ponuntur in
d. l. post litem, cum legibus sequen. ff. de procurat. non
enim potest reuocari in præiudicium aduersarij, vt ibi:
aut quæritur an possit cogi ab ipsamet vniuersitate à

qua

qua fuit constitutus, ita vt ei teneatur si non exerceat officium, & hoc casu dicendum est non posse eum cogi, nec teneri; nisi fortè cessauerit in reddendis instrumentis, & in reddenda ratione, quemadmodum dicitur de tutore, & curatore, qui post completam tutelam, & curam cogitur litem cœptam perficere, nisi instrumenta litis, & rationes reddiderit, l.5.§. post completum. vbi Bart. ff. de administr. tut. Bart. in l. vlt. §. vlt. ff. de appellat. Marcus decis. 55. num. 2. volum. 1. Alexand. consilio
61 135. num. 2. volum. 2. Cæterũ † si vniuersitas constitui sindicum, seu procuratorem, vel actorem cum auctoritate magistratus, seu alterius superioris, non potest ille sindicus agere contra ipsum magistratum & superiorẽ. Qualiter autem constituatur tunc sindicus quando subditi volunt agere contra superiorem, ponit Bart. in l. potest 18. num. vlt. ff. de auctorit. tut. Innocen. in cap. edoceri, extra de rescript. Bart. in l. 6. actor. num. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nom. vbi docet qualiter constituatur sindicus, quando est contentio inter vniuersitatem, & rectorem, seu superiorem.

Hactenus vidimus de his personis, quæ tàm ex iuris communis dispositione pro vniuersitatibus experiuntur, quàm de his, quæ ab ipsismet vniuersitatibus eligũtur. Nunc tractandũ est de actibus iudicialibus, qui sũt ab ipsis vniuersitatibus, seu earum nomine ab administratoribus & officialibus supradictis, tàm in agendo, q̃
62 in excipiendo. † Sed quia citatio est principium, & fundamentum omnium iudiciorum. §. fin. Instit. de pœna
63 temerè litigantium, idcirco prius videamus, † qualiter vniuersitas citari, & in ius vocari debeat. Potest igitur vniuersitas citari per edictum in loco affixum, vbi consueuit congregari; & si ciues clauderẽt portas ciuitatis, potest affigi edictum in porta ciuitatis, quando nuntius prohiberetur ingredi. quod si non esset tutus accessus ad portam ciuitatis, potest edictum affigi in ciuitate vicina, in ecclesia scilicet ipsius ciuitatis vicinæ, nec sufficit citari rectores, seu administratores ipsius vniuersitatis in eorum domibus, sed debent citari in loco vbi consueuerunt congregari publicè. Potest & citari vniuersitas

per proclama factum in locis publicis ipsius ciuitatis, seu alterius vniuersitatis, legendo citationem publicè. Maranta in sua practica in verbo rectè concipiatur citatio, num. 94. fol. 284. Castren. in l. j. §. 1. num. 5. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. vbi dicit vniuersitatem citari debere in arengo, idest quando sunt simul congregati in loco publico; citatio enim facta in persona sindici nō sufficeret, vt vniuersitas dicatur esse in dolo, & cōtumacia. Idem tenet Bald. in l. 5. num. 4. & 15. C. de execu. rei iud. & in l. j. in 2. lectura, num. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nom. vbi scribit vniuersitatem debere citari in concilio congregato, nec sufficere si citetur potestas, vel alius officialis, quia eius contumacia non nocet vniuersitatis. Dupliciter igitur potest ipsa vniuersitas citari, s. personaliter & ad domum; tunc dicitur personaliter citari, quando citatur congregata in concilio; tunc dicitur ad domum citari, quando schedula citatoria ianuis, vel locis publicis affigitur, ita vt in publicam perueniat notitiam: idem enim est modus citandi vniuersitatem, qui seruatur in citatione fienda contra singularem personam, nempè personaliter, & ad domum per literas, & antequàm vniuersitas possit se congregare, non potest dici contumax, nec in contumacia constitui. Bald. in d. l. j. §. quod si nemo. num 1. 2. & 3. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. Non sufficit igitur citare sindicum, sed est citanda ipsa vniuersitas supradicto modo, nisi nolet se congregare; quia tunc sufficere citare sindicos, administratores, & rectores ipsius vniuersitatis, glo. in l. non pōt, & ibi etiam Bart. ff. de reg. iur. vbi ponit, & docet modum citandi vniuersitatem, & eam constituendi in contumacia. Idem Bart. in l. fin. ff. quod cuiusq; vniuers. & latius in extrauaganti, ad reprimendum, in verbo, citatū corpus. Idem tenet Socinus in tract. de citatione art. 17. vbi expressè dicit, vniuersitatem citandam esse in arengo, idest qñ simul est congregata in loco publico solito & deputato, & citationem factam in personam sindici, vel actoris vniuersitatis, vel aliorum administratorum, & officialium non sufficere, & per talem citationem vniuersitatem ipsam non posse constitui in dolo, & contumacia,

macia, quia ea, quæ expediunt vniuersitati, possunt fieri per eosdem met sindicos & administratores, non autem ea, quæ nocent. Idem tenet Bart. in §. sportularũ. Auth. de sanctiss. episcopis, & in l. j. num. 2. & 3. C. de iure Reipublicæ lib. 11. vbi dicit non sufficere citari sindicum, si enim non comparuerit, eius contumacia non nocet vniuersitati, sed si comparuerit & litigauerit tenet iudiciũ. Contrariam autem opinionem, citationem scilicet factam in personam sindici vniuersitatis sufficere, eiusque contumaciam officere ipsi vniuersitati, tenet Bald. in l. j. §. omnibus. ff. quod cuiusque vniuer. Guido Papę q. 321. idem Bald. in l. 6. num. 3. C. de remiss. pign. vbi expressè dicit, quando negotium tangit vniuersitatem sufficere citari sindicos ipsius vniuersitatis. Verum meo iudicio securius & tutius est tenere cum glo. in d. l. nõ potest. ff. de reg. iur. & ibi Bart. Rectè igitur ad euitandas prædictas contrarias opiniones obseruatur in hac nostra patria Pedemontana, vt in literis citatorijs, quæ concedun tur contra vniuersitates ponatur clausula salutaris, decernentes citationem fiendam in persona vnius ex consulibus, sindicis, vel duorum ex credendarijs, seu consiliarijs ipsius vniuersitatis perinde valere hac si vniuersitas ipsa citata, & apprehensa foret. Cagnol. in d. l non pót. ff. de reg. iur. Hodie aũt extat in hac patria decretũ nouum sub tit. de citationibus, quo cauetur vniuersitatem posset citari in personam sindicorum & administra torum ipsius vniuersitatis. Si quis aũt plura circa hanc materiam desideret videre, qualiter s. vniuersitas secũdum iuris cõis dispositionem citari debeat, consulat Hier. de Monte in tract. de finib. reg. c. 72. num. 23. & 24. Bald. in l. etiam. C. de execu. rei iud. & in Auth. sed cum testator num. 5. & 6. C. ad leg. Falc. & in l. ciuitas. nu. 10. in fine. ff. si cert. petatur, & in l. 2. num. 2. C. de decur. lib. 10. & in l. 2. num. 2. & vlt. C. de indict. lib. 10. vbi plenè de hac materia.

Qualiter citari debeat vniuersitas vidimus. Nũc di-
4 spiciamus † coram quo iudice vniuersitas, in qua sunt laici, & clerici debeat conueniri, vtrum coram iudice seculari, an verò ecclesiastico. Distinguitur, aut in ipsa

vniuersitate, quæ conuenitur maior numerus est clericorum, & hoc casu tota vniuersitas cōuenietur coram iudice Ecclesiastico, aut maior numerus est laicorum, & tunc conuenietur coram iudice seculari, & hoc quando plures vt vniuersi conueniuntur, secus si plures vt singuli conueniuntur, vt si sint plures singulares personæ repertæ in eodem crimine, inter quas est vnus duntaxat clericus & alij omnes laici, & omnes inquirerentur per iudicem secularem, & clericus declinaret forum, possent omnes alij laici similiter petere se remitti ad iudicem ecclesiasticum contēplatione illius clerici, ne causæ continentia diuidatur. Maranta in sua pract. in 4. par. princip. distinct. 11. fol. 175. num. 22. & 23. Bart. tamen in l. cum senatus. num. 4. ff. de rebus dubijs, & in l. j. ff. de collegijs illicitis indistinctè videtur tenere quòd vniuersitas in qua sunt clerici. & laici debeat coram iudice ecclesiastico conueniri. Videtur tamen dicendum contrarium, quòd imò ipsa vniuersitas conueniri possit coram iudice vniuersali ipsius loci, & sic coram iudice laico, ex quo est corpus imaginatum, seu repræsentatum, de quo non est aliqua lege dispositum, sub quo iudice debeat conueniri, vnde conueniatur corā iudice loci vbi est; hoc enim casu non considerantur singuli de vniuersitate vt singuli, sed vt vniuersitas, & vt vnum corpus fictum. l. j. §. 1. l. in tātum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuis. De qua re vide Marian. Soc. in cap. 1. vers. 14. declara, extra de foro compet.

Viso qualiter vniuersitas citari debeat, & coram quo iudice debeat conueniri, videndum nunc restat de multis alijs actibus, qui in iudicijs fiunt ab vniuersitatibus, seu earum nomine ab administratoribus. Et primò

65 † si sindicus vniuersitatis agat, quod nomen debeat in libello ponere. In quo dicendum est, quod in ciuilibus debet libellum nomine vniuersitatis cōcipere, & si ageret, & conciperet libellum, & non diceret nomine vniuersitatis, vel sindicario nomine, videretur potius agere proprio nomine. textus est de hoc in terminis in l. 8. vers. quod si detrectat, actoris constituti, qui legitimè pro ciuitate agere possit nomine publico, adire aduersus eū

iudices

iudices poterunt.ff.de policitationibus. l.j.in fine. C.de periculo nominatorum lib.11.in criminalibus verò, sindicus non potest concipere libellum nomine vniuersitatis, vel sindicario nomine, sed proprio nomine debet libellum formare, & agere. Maranta folio 296.num.7. Bald.in l.j.in 2. lectura num.2.ff.quod cuiusque vniuers. nom. vbi remissiuè tractat,qualiter libellus concipiatur à sindico, & cõtra sindicũ vniuersitatis. Præterea, quia
67 † hodie tàm actores,quàm rei tenẽtur iurare de calumnia §.ecce enim. §.item actoris. Instit. de pœna temerè litigantium. Vniuersitas,an & qualiter iuramentum ca-
67 lumniæ subire teneatur videamus.† Et certum est, vniuersitatem iurare de calumnia per eius administratores,seu rectores: nam,non solum in priuatorum causis, sed etiam in causis vniuersitatum, iurandum est de calumnia, per eius administratores,sindicos,seu actores, glo.in l.6.§.actor vniuersitatis,in verbo defendere,in fi. ff.quod cuiusq; vniuers. nom. l. 2.§. hoc etiam. C.de iureiur. propter cal. dan. cum glo.in verbo plurima.glo.j. in l.vlt.C.de vend. reb. ciu.lib.11. textus est elegantissimus in l.municipibus. ff.de cõd.& demonstr.& ibi etiam Bart. idem Bartolus in d. §.hoc etiam. num.2. & 3. Cagnol. in l.2.num.146.ff.de orig. iuris ciu. Innocen. in capite 2.nu.9. extra de testibus,& attestationibus fol.112. & num.4. Castren.in l.6 §.vlt.num.vlt.& per tot.ff.quod cuiusq; vniuers. nom.& in l.97.num.1.& 2.ff.de reb. dubijs. Innocen. in cap 1.extra de sindico. Bald.in d. §.hoc etiam,num.1. vbi expressè dicit,quòd in casus vniuersitatum est iurandum de calumnia, sicut in causis singularium personarum. Iurabitur autem per administratores,vel maiorẽ partem ipsorum, nomine vniuersitatis, vel per sindicũ legitimè constitutum:& erit forma iuramenti, quia iurabit in animam constituentium, non in
68 animam vniuersitatis, quia † vniuersitas caret anima: vniuersitates enim, in quantum vniuersitates sunt,nomina sunt iuris,non nomina personarum. Eodem modo
69 videmus † sindicum vniuersitatis respondere positionibus cum iuramento calumniæ.cap.præsentium.extra de testib. in 6. gl.in l.2.§.hac etiam,vbi Franc.Curt.nu.vlt.

C. de iureiuran. propter cal. dan. Bald. in ead. l. 2. §. quod
obseruari, vers. nunc veniamus ad quæstione, Marc. de-
cis. 477. per tot. vol. 2. vbi pulchrè circa hanc materiam.
Ad hæc quia plerunque hi, qui conueniuntur sunt con-
70 tumaces, † mos enim reorum est fugere, qualiter cōtra
vniuersitatem procedendum sit, si nullus existat pro ea,
qui ipsam defendat dispiciamus. Qua in re dicendū est
71 † eodem modo procedi contra vniuersitatem contuma
cem, quo contra singulares, & particulares personas cō-
tumaces. Poterit igitur contra ipsam vniuersitaté per-
ueniri ad primum, & secundum decretū, licet enim pu-
pillus & respublica æquiparentur, l. rempublicam, C. de
72 iure reip. lib. 11. & † contra pupillum non interponatur
secundum decretum, l. apud Iulianū. ff. ex quib. caus. in
73 possess. eatur. Diuersum tamen est in vniuersitate, † cō-
tra quam peruenitur ad secundum decretum. Ratio di
uersitatis est, quia pupillus speratur fieri maior, sed vni
uersitas nunquam, arg. l. 4. §. fin. ff. de tutelis & ratio di-
strahen. Bart. in l. 1. num. 1. C. de iure reip. lib. 11. & in d.
l. rempublicam per tot. C. eod. tit. l. 1. §. quòd si nemo. &
ibi etiam glo. in verbo, proconsul, & Bart. num. 1. ff. quod
cuiusque vniuers. nom. & ibi Bald. num. 3. & hoc est ve-
rum si vniuersitas sit citata in arengo, id est quando est
simul congregata in loco publico, & consueto: citatio
enim sindici vel actoris ipsius vniuersitatis non faceret
censeri ipsam vniuersitatem esse in dolo, latitatione, &
contumacia; nec huiusmodi citatio prodesset, nec suffi-
ceret ad interpositionem secūdi decreti. ita in terminis
dicit Castren. in l. 1. §. 1. nu. 5. ff. quod cuiusque vniuers.
74 nom. † sindici enim contumacia non nocet ipsi vniuer
sitati, Bart. in l. j. num. 2. C. de iure reip. lib. 11. glo. in l.
non potest, ff. de reg. iuris, licet Bart. sibi contrarius, di-
cat nocere sindici contumaciam vniuersitati in l. 5. §. &
si fortè nu. vlt. ff. quod vi, aut clam. sindicus enim, vt su-
pra dictum est, ea quæ expediunt vniuersitati potest fa-
cere, non autem ea, quæ nocent. glo. in d. l. non potest
60. vnde quemadmodum eius contumacia non nocet
75 reipublicæ, ita nec eius † confessio in iure, & iudicio fa-
cta, l. certū. §. sed an & ipsos, & ibi glo. ff. de confess. glo. in

d. l.

d.l.non poteſt, de qua materia vide Cagnolum remiſſiuè in l.vnica.§.ſi procurator.num.26.ff.ſi quis iuſdicenti non obtemp. Contrarium tamen, nempe quòd ſindici legitimè conſtituti confeſſio præiudicet vniuerſitati, tenet Ozaſ.deciſ.39.num.5.6.35. & 36. Decius conſ.297.
76 num.vlt. Quærunt præterea Doctores noſtri † an ſindicus, ſeu defenſor vniuerſitatis poſſit deferre aduerſario iuramentum litis deciſiuum, vel ſuper aliquo emergenti, & dicunt quòd ſic ſi habeat ad hoc ſpeciale mandatum, l.34.§.1.& ibi etiam Bart.nu.1.ff. de iureiuran.
77 De expenſis verò litis illud dici poteſt, quòd † vniuerſitas iniuſtè litigans condemnatur in expenſis litis. Adminiſtratores enim vniuerſitatis non debent differre ſolutionem debiti liquidi, aliàs tenetur vniuerſitas ad vſuras, & expēſas litis iniuſtè & temerè ſuſceptę, quas vniuerſitas recuperat ab adminiſtratoribus, qui bonam fidem non agnouerunt. tex. eſt elegantiſſimus in l.80. §.2.
78 & ibi etiam Bald.num.1.ff.de legat.2. Sed † an is contra quē vniuerſitas litigat teneatur, ſi ſit de illamet vniuerſitate, vel ibi habeat bona, contribuere in expenſis litis, quas vniuerſitas fecit litigando cum eo? Dic quod ſic. Marcus deciſ.489.num.13.vol.1. Verùm, quia plerunque vniuerſitates tam in agendo, quàm in excipiendo producunt teſtes in iudicio, vt examinentur, eorumque depoſitiones recipiantur; qui teſtes, vt plurimum, ſolēt eſſe de ipſamet vniuerſitate, à qua producūtur, & ad cuius inſtantiam debent in iudicio deponere; idcirco vi-
79 deamus † an, & quando teſtes de vniuerſitate probent in cauſa ipſiuſmet vniuerſitatis. Circa quam quæſtionē ſic diſtinguunt Doctores. Quædam ſunt, quæ non poſſūt probari, niſi per illos de vniuerſitate, vt electiones, & alia negotia, quæ fiunt ſecretò, & inter ipſos tantum de vniuerſitate; & iſto caſu ille qui eſt de vniuerſitate eſt idoneus teſtis pro vniuerſitate, arg.l.conſenſu. C.de repudijs. Quædā ſūt quæ poſſunt de ſui natura probari per alios, quam per illos de vniuerſitate, quo caſu diſtinguitur, Aut illud negotium, ſuper quo deponunt teſtes de vniuerſitate, eſt negotium quod principaliter ſpectat ad vniuerſitatem quantum ad honorem, & cōmo-

dum, & tunc quilibet de vniuersitate est idoneus testis, quia debitum vniuersitatis, nõ est debitum singulorum. l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nom. gl. in l. in tantum. §. vniuersitatis, in verbo, rescripserũt, ff. de rerum diuis. glo. in l. 1. ff. de colleg. illic. circa finem. glo. magnæ. Non enim dicitur vniuersitas testificari, sed singuli, glo. in terminis in l. 2. ff. quod cuiusque vniuers. nom. licet enim nemo in re propria testis esse possit, l. nullus. ff. de testibus, l. omnibus C. eodem, ille tamen, qui est de vniuersitate admittitur ad testimonium dicendum in causa vniuersitatis, cùm illa non sit singulorum, sed vniuersitatis causa, & idem est si illud negotium principaliter non spectat ad vniuersitatem, sed in consequentiam, vt est videre exemplum in legatario, qui potest esse testis in testamento, in quo aliquid est sibi legatũ, l. qui testamento ff. de testamentis. Dicunt tamen Doctores quòd minor fides semper adhibetur in his casib. in quibus testis de vniuersitate admittitur ad testificandum pro vniuersitate, & de hoc est glo. in §. cogitandum Auth. de monachis. Non enim hoc casu potest dici testis integer. Et quanta fides huiusmodi testibus sit adhibenda, iudicis arbitrio committitur, l. 3. ff. de testibus. Aut illud negotium, de quo agitur, non tangit nomen, honorem, nec commodum vniuersitatis, sed principaliter respicit commodum & vtilitatem singulorum de vniuersitate, & tunc testes de vniuersitate non sunt idonei testes, quia ista videtur causa propria, ex qua principaliter quilibet de vniuersitate consequitur, & percipit commodum, vt est quando vniuersitas habet pascua, & non habet animalia, quæ ibi pascantur, sed singuli de vniuersitate mittunt sua animalia ad pasculandum: In hoc negotio, quod tangit singulos, vt singulos, testes de vniuersitate non sunt idonei testes; Idem est si vniuersitas haberet nemora, in quibus ipsa non solet ligna incidere, sed dumtaxat singulares, & particulares personæ de ipsa vniuersitate: Hoc enim casu ipsi de vniuersitate non possent esse testes, quia testificarentur in causa propria, quæ eos vt singulos principaliter tangit, eorumque commodum, & vtili-

vtilitatem respicit. Hinc si testes vniuersitatis deponant in causa ejusdem vniuersitatis, ex qua, si vniuersitas succumberet, damnũ pertineret ad singulos de vniuersitate, tanquàm singulos, vt quia imponenda esset collecta, certè illi de vniuersitate non essent idonei testes in hac causa vniuersitatis, quia tractant de causa propria; secus si principaliter singulos, vt singulos non tangeret, sed respiceret vniuersitatem, vt puta quia vniuersitas est soluendo, & sic ipsa posset soluere, & non grauare particulares de vniuersitate. In his tamen casibus, in quibus testes de ipsa vniuersitate admittuntur ad testificandum in fauorem vniuersitatis, si altera pars probat per testes magis idoneos contrarium eius, quod deponunt testes de vniuersitate, magis est standum testibus deponentibus contra testes vniuersitatis, quàm ipsis testibus vniuersitatis. latè Afflict. decis. 400. per tot. Iason in l. 10. numero vltimo. ff. de in ius vocando, & in l. 4. num. 13. ff. si cert. pet. & in l. 22. num. 41. C. de testam. Hyppolitus de Marsilijs in l. 1. §. seruum municipum. ff. de quæstionib. Maschar. de probat. conclu. 318. per tot. conclu. 295. num. 14. vsque in finem illius conclusionis, conclu. 316. num. 1. & 2. conclu. 1421. per tot. conclu. 395. num. 8. 9. cum pluribus sequen. Didacus practicarum quæst. cap. 18. nu. 4. Rolan. cons. 72. per tot. vol. 2. Benintend. decis. 70. num. 7. 8. & 17. Barto. in tractat. de reprobat. testium, num. 12. & in tract. de testibus nu. 13. & in §. cogitandum num. 3. & 9. Auth. de monachis, & in l. 9. num. 3. C. de testib. glo. in l. 6. §. vniuersitatis, & ibi etiam Barto. num. 1. ff. de rerum diuis. vbi facit supradictam distinctionem, de qua Afflict. in d. decis. 400. per totam. facit etiam ad hãc materiam doctrina Bart. in l. ex quacunque nu. 12. ff. si quis in ius vocatus non ierit, vbi dicit, si testis deponens in causa suæ vniuersitatis interrogetur an ad eundem pertineat commodum, vel non, & respondeat quod non, non ideò intelligitur falsum deponere, si in eum redũdet commodum, vel incommodum secundariò, & per indirectum, non autem directò, & principaliter. & de hac materia, an & quã illi de vniuersitate possint esse testes in causa vniuersitatis. vide

Pap. en-

Papiensem fol.311.nu.6.& ibi in addit. Crau. de antiq. temp.fol.82.num.17.cum seq.Marcum decis.93.per tot. vol.2.& decis.489.num.3.vol.1. Ozas.decis.99. num.39. Alexan.in l.10.§.qui manumittitur num.2. ff. de in ius vocando. Ripam in l.1.§. si autem collegium. nu. 2. ff.ad S.C.Trebell. Oynotomum in §.vniuersitatis. num. vlt. Instit.de rerum diuis.Castren.in d.§. qui manumittitur num.3.& in l.2.num.3.ff.quod cuiusque vniuers.nomin. Bald. in l.5.num.vlt.C.de testib. & ibi etiam in addit.& in l.2.num.2.ff.quemadm. testam. aper.& in rubr. ff. de rerum diuis.num.19.& in l.6.§. vniuersitatis in 1. & 2. lect.ff.eodem tit. de rerum diuis.& in l.2.num.2.ff.quod cuiusque vniuers. nom.Alexand.cons 99. num. 78. & 79. volum.5.& cons. 68. num. 18. volum. 2. Socinum in titulo ff.de in ius vocando. fol. 31.num. vltimo. Hierony. de Monte in tract.de finibus regund.cap.58. per totum.

80 Verùm, quia † compromissum ad similitudinem iudiciorum,& ad finiendas lites pertinet,vt dicit I.C.in l.j. ff.de receptis arbitris, idcirco operæ pretium esse duxi aliqua breuiter, & strictim hoc loco de hac materia di-
81 cere. † Vniuersitatem igitur posse facere compromis-
82 sum indubitati iuris est. Sed quærunt Doctores† nunquid compromissum factum ab vniuersitate finiatur, si ipsa vniuersitas diminuatur, vt puta si multi ex ipsa vniuersitate, qui compromissum fecerunt sint defuncti. videtur dicendum quòd sic, per text. in l. diem proferre. §.1.l. sed interpellatur. §. si ab altera. ff.de recept. arbi-
83 tris. Contrarium tamen est verius, quia † licet aliqui ex ipsa vniuersitate deficiant, non tamen mutatur vniuersitas, sed vna, & eadem remanet, l. proponebatur. ff. de iudicijs, Bart. in l.quòd in rerũ.§.& si nauem nu. 3. ff.de legat.1. Iason ibidem num.6.vbi dicit expressè, si vniuersitas in qua sunt decem personæ faciat compromissum, mortuis quinque vel septem, & alijs subrogatis non extinguitur compromissum, & hoc verum est, quando compromissum fuit factum pro vtilitate ipsius vniuersitatis, secus si pro vtilitate singularium personarum, vt ibi scribit Iason. Idem scribit Alexand. in l. 22. num 3. ff. de legat. 1. vbi dicit, compromissum fa-

ctum

dum per vniuersitatem non expirare, etiam mortuis aliquibus de vniuersitate; ius enim vniuersitatis in vno potest, mortuis omnibus, residere, l. sicut. §. finali. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Castren. in l. proponebatur num. 6. ff. de iudicijs, in 1. lect. & in 2. lect. num. 2. vbi dicit, compromissum factum ab vniuersitate non extingui, licet omnes de vniuersitate mutentur, & alij loco ipsorum subrogentur, sed transire ipsum compromissũ ad successores, quia eadem durat vniuersitas; secus in hærede, d. l. diem proferre, §. 1. ff. de recept. arbit. nam durante identitate, res durat eadem, licet in substantia contingat mutatio, vt etiam scribit Bald. in dict. l. cum proponebatur in 1. & 2. lectura. Alia quæstio circa hãc
84 materiam sese offert, † quæ est talis. Vniuersitas, seu eius administratores compromittunt, administratorio nomine in arbitrum seu arbitratorem, de re immobili, quæritur vtrum requiratur decretum iudicis, seu superioris in compromisso, an verò in laudo? Et vide-
85 tur quòd in laudo, quia ipsum † laudum est transactio. Contrarium est verius, nempe quod requiratur tempore compromissi, quia decretum respicit actum administratoris, non actum tertij; item quia laudum fundatur
86 super compromisso, & ideo fundamentum debet esse rectè positum. Non obstat quod laudum sit quasi quædã transactio, quia istud est verum, non tamen per se, sed iunctum cum compromisso, Bald. in l. 12. num. 13. C. de transact. Nunc restat, vt aliqua de vltimo actu iudicij, nempe de sententia, & eius executione dicamus. Videa-
87 mus igitur † an, & quando sententia lata contra vniuersitatem valeat, & teneat. Circa quam quæstionem glo. in l. 1. C. de iure reipub. lib. 11. distinguit tres casus, Quandoque ad sententiam diffinitiuam contra vniuersitatem in defensam peruenitur, & tunc est ipso iure nulla, d. l. 1. C. de iure reipub. sicut idem est in minore, & pupillo, l. cùm & minores, C. si aduersus rem iudicatam. Quandoque peruenitur ad interlocutoriam, & tunc valet, l. 1. §. quibus, l. ciuitates. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Quandoque vniuersitas plenè defenditur, & tunc valet sententia, sed restituitur, si est læsa, l. rempubli-

publicam, C. de iure reipublicæ. lib. 11. Bartol. in d. l. 1.
88 num. 1 C. de iure reip. lib. 11. Sed quid † si contra rempublicam lata sit sententia, à qua vniuersitas non appellauit, & sic transiuit in rem iudicatam, & post latam sententiam reperta sint de nouo instrumenta facientia pro ipsa vniuersitate, an sententia possit retractari, citra remedium appellationis? Dic quòd sic, dummodo, & instrumenta de nouo reperta sint, & subsit causa. De qua re vide l. 35. & ibi glo. & Ias. num. 8. 11. & 12. ff. de re iud. Marantam fol. 430. n. 98. Ioannem Mauritium in tract. de restit. in integrum cap. 293. nu 3. & cap. 420. per tot.
89 Quid è contra † si respublica habuerit sententiam contra debitorem suum, vel eius hæredem? Certè poterit mitti in possessionem rerum tam hæredis, quam hæreditariarum, quo casu respublica habens pignus iudiciale ob sententiam, præfertur cæteris creditoribus hæreditarijs, etiam prioribus, habentibus duntaxat personalem actionem, l. 3. C. qui potiores in pignore.
Nunc dispiciamus de executione sententiæ, fienda cō-
90 tra vniuersitatem. Et primo dico † executionem sententiæ latæ contra vniuersitatem, non posse fieri contra sindicum, actorem, seu defensorem ipsius vniuersitatis, nec contra singulos de vniuersitate, sed debere fieri contra ipsam vniuersitatem, Ias. in l. 4. num. 18. ff. de re iudic. & ibi Ripa num. 4. & 23. tex. est de hoc in d. l.
91 4. §. actor municipum. † Qualiter autem fiat executio contra vniuersitatem videamus. Et certè quemad-
92 modum † condemnata aliqua singulari persona, si non reperiuntur bona mobilia, & immobilia, capiuntur in causam iudicati debitoris, nomina, ita etiam quando condemnatur vniuersitas, & fit contra ipsam executio. text. est in l. 8. & ibi etiam Castren. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. Sed quid si vniuersitas nomina debitorum non habeat, nec aliqua bona mobilia vel immobilia,
93 † an executio sententiæ latæ contra vniuersitatem possit fieri in vijs publicis, & alijs rebus similibus? vide
94 Alex. in l. 40. num. vlt. ff. de re iudic. & hoc casu † quandò vniuersitas nulla bona habet, debet, imò cogitur collectam imponere, & de eius exactione soluere, glo. in l.
1. §.

1.§. quod si nemo, in verbo, proconsul. ff. quod cuiusq; vniuer.nom. Alex.in d.l.4.num.12.ff.de re iudic. & ibid. Ripa num.26. Bald.in l.8.in 1.lectu. ff.quod cuiusq; vni-
95 uer.nom. quod † si vniuersitas nolit imponere collectam, iudex citatis ipsis de vniuersitate, eam imponet, Oynotomus in §.vniuersitatis num.4. Institu.de rerum diuis. De qua materia collectarum, quæ ab vniuersitatibus imponuntur suo loco, & tempore latius dicemus. Et hęc sufficiant circa hanc secundam partem huius nostri tractatus.

✠

Secundæ Partis finis.



TRA-

TRACTATVS DE IVRE Vniuersitatum.

PARS TERTIA.

De Bonis vniuersitatum. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas qualibet licita, & approbata, potest habere bona, & res in communi.*

2 *Aedificans in solo publico debet soluere debitam pensionem pro aedificio, si hoc expediat reipublica, aliàs ipsum solum cum aedificio vendicatur per ipsam rempublicam.*

3 *Vniuersitas potest habere rem emphyteuticam.*

4 *Vniuersitatum bona, non sunt bona singulorum separatim, sed omnium, & vniuersorum de vniuersitate.*

5 *Vniuersitatum res & bona qualiter differant à communibus, & publicis rebus.*

6 *Vniuersitatum pascua, & nemora an, & quando sint*

sint propria ipsarum vniuersitatum, vel etiam communia singularibus personis.

7 *Vniuersitatum pascua, & nemora quando sunt communia singularibus personis de vniuersitate, qualiter vnusquisque ipsis pascuis, & nemoribus vti debeat.*

8 *Vniuersitatum pascua, nemora, & alia bona quando sunt communia singularibus personis, tunc nec vsum, nec vsumfructum dicuntur propriè in huiusmodi bonis publicis habere, sed quandam duntaxat facultatem.*

9 *Vniuersitas per proprium statutum introducere potest, vt pascua, & nemora communia in certa parte anni sint prohibita, & in alia parte anni concessa.*

NVnc sese offert tertiæ partis huius nostri tractatus explicatio, pro cuius intelligentia præmitto, certissimam, & indubitatã esse iuris regulam, & conclusionem,
1 † vniuersitates omnes licitas & approbatas posse habere bona, & res in communi, sicut quælibet persona singularis potest habere bona propria, puta nemora, pascua, piscinas, salinas, vectigalia, & deniq; alia bona, item pecuniam in ærario, seu archam communem. l. j. §. quibus autem, cum §. vlt. ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. bona ciuitatis, l. inter publica. ff. de verb. signif. l. 2. C. de diuers. prædiis vrban. lib. 11. vbi, quęlibet ciuitas potest acquirere sibi bona, & ea firmiter habere, & possidere, & l. j. C. eod. tit.
2 vbi † ædificans in solo reipublicæ debet soluere debitam pensionem pro ædificio, si hoc expediat reipublicæ, aliàs ipsum solum cum ædificio vendicatur per ipsam rempublicam, & l. 5. C. eod. tit. vbi † ciuitas potest habere
3 rem emphyteuticam, quam si quis emat ab ipsa ciuitate, pacto adiecto ne teneatur ad canoné, tenet emptio,
4 sed huiusmodi pactum est irritum, & † hęc bona, dicuntur res,

tur res, & bona vniuersitatis, quæ non sunt singulorum separatim, sed omnium, & vniuersorum de vniuersitate vsibus simul, & coniunctim destinata. l. 6. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuis. §. vniuersitatis. Instit. eod. titu.
5 Quæ † res vniuersitatum differunt à communibus, & publicis rebus, quòd rerum communium, & publicarũ vsus omnibus gentibus, & populis peræquè competit, saltem, quò ad vsus certos. §. flumina, cum duob. §§. seq. Instit. de rerum diuis. & ibi DD. vniuersitatis verò rerũ vsus, tantùm eorum est, qui sub illa vniuersitate, seu cõgregatione sunt, & harum rerum dominium semper est vniuersorum, non singulorum; licet singuli his vti possint, si modo ad vsum singulorum sint destinatæ, secus si
6 duntaxat ad vsum vniuersitatis, puta † si vniuersitas, seu eius administratores simpliciter emant pascua, & nemora, non adiecto, neque expresso, vt particulares personæ de illa vniuersitate ius pascendi, & nemora incidédi habeant, tunc enim illa pascua, & nemora essent propria vniuersitatis, nec singulares personæ eiusdem vniuersitatis ius pascendi, & ligna incidédi in eis haberent. Bar. in l. 20. §. 1. ff. si seruitus vindicetur glo. in l. 7. §. 1. in verbo, non debetur. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Cæte-
7 rùm † si pascua, & nemora sint communia singularibus personis, ad earumque vsum destinata, tunc vnusquisque ipsis pascuis, & nemoribus debet vti moderatè, absque æmulatione, secundum quantitatem, & vires patrimonii. Marcus decis. 223. nu. 5. vol. 1. quo casu, propriè loquen-
8 do, istæ † personæ singulares, & particulares, nec vsum, nec vsumfructum dicuntur in huiusmodi bonis publicis habere, sed quandam duntaxat facultaté. Castren. in l. 7. num. 4. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Hiero. de Mon-
9 te in tract. de finib. regun. c. 72. num. 21. † Potest autem vniuersitas per proprium statutum introducere, vt pascua communia in certa parte anni sint prohibita, & in alia parte anni concessa, quo casu, ille qui se fundat super tempore permisso, & prohibito debet probare. Marcus dicta decis. 223. num. 4. de quibus pascuis publicis habemus titu. C. de pascuis publicis lib. 11. tit. 60.

De

De contractibus Vniuersitatum. Et primò an Vniuersitas qualiter possit contrahere. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas potest & per se, & per sindicum contrahere & alia publica negotia expedire.*
2 *Vniuersitas an, & quando possit cogi ad constituendum sindicum.*
3 *Vniuersitas potest contrahere non solum cum exteris, & qui non sunt de ipsa vniuersitate, sed etiam cum ijsdemmet de ipsa vniuersitate.*



1 Certissimum est in iure † vniuersitatem, quæ per seipsam vult aliquem actum extraiudicialem facere, puta contractus inire, & huiusmodi alia negotia publica expedire, non habere necesse, neq; compelli posse, vt constituat sindicum ad illum actum expediendum, sed posse per seipsam, & per proprium decretum hæc omnia facere. Ita docuit nos Iaf. in l. j. §. si autem collegium. num. 6. ff. ad S. C. Trebel. & ibid. Alex. num. 3. & vlt. Ripa. num. 9. Castren. in l. j. §. j. num. 2. ff. quod cuiusque vniuer. nom. glo. in l. nulli. ff. eod. Bart. in d. §. si autem collegium, vbi vniuersitas potest celebrare contractus per decretū ipsiusmet vniuersitatis, nec est necessaria superioris auctoritas, nec sindici constitutio. Nam, quando contrahitur cum aliqua vniuersitate præsente, & legitimè conuocata, non est necesse quod ipsa vniuersitas faciat sindicum ad sic contrahendū, sed ipsa vniuersitas potest principaliter per se contrahere. text. est in d. § si autem collegium. Potest igitur, & per se principaliter, & per sindicum legitimè constitu-
2 tum vniuersitas contrahere, & quod dicitur, † iudicem posse cogere vniuersitatem ad constituendum sindicū, habet locum duntaxat in actibus iudicialibus, vt latè diximus supra in 2. parte huius tract. nec sibi vendicat,

locum in contractibus, & alijs negotijs extraiudicialibus, vt dicunt Doctores in locis supra allegatis. Nec
3 solum † vniuersitas per se potest cum alijs, qui non sunt de ipsa vniuersitate contrahere, sed etiam potest contractus inire cum ijsdemmet de ipsa vniuersitate Bart. in d. §. si autem collegium, vbi de hoc est text.

Vniuersitas an, & quando ex proprijs contractibus, tàm in vniuerso, quàm in particulari obligetur. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas ex proprijs contractibus obligari potest.*
2 *Consensus requiritur in contractibus.*
3 *Vniuersitas consentire non potest.*
4 *Vniuersitas legitimè congregata vicem personæ sustinet & ob id contractus, aliaque negotia ad rempublicam pertinentia expedire potest.*
5 *Vniuersitas potest consentire, licet non cum eadem facilitate, qua singulares personæ.*
6 *Vniuersitas an, & quando vel per se, vel per sindicum legitimè constitutum, possit obligare singulares personas, & bona particularium ipsiusmet vniuersitatis, ipsis particularibus non consentientibus.*
7 *Contractus omnis, qui fit ab eo, qui habet potestatem legis condendæ, habet vim legis.*
8 *Vniuersitas est quid aliud separatum, & diuersum à singularibus, & particularibus personis ipsius vniuersitatis.*
9 *Vniuersitas an, & quando possit, & personas, & bona singulorum, & particularium de vniuersitate obligare, alia traditur distinctio.*
10 *Statutum conditum ab vniuersitate, ad hoc vt validum sit debet esse generale, alias si factum sit contra singulares personas non valet.*

Contra-

11 *Contractus vnius personæ non extenditur ad aliam personam, nec alteri potest praiudicare.*
12 *Obligari sine sua voluntate alter per alterum non potest.*
13 *Vniuersitas quando obligat singulares personas, an intelligatur eas obligare insolidum, an verò tantum pro virili parte.*
14 *Administrator legitimus pro vniuersitate quis dicatur.*
15 *Obligatio, seu hypotheca bonorum est species alienationis.*
16 *Administrator vniuersitatis an, & quando possit alienare bona publica.*
17 *Administratores & sindici, si plures sint ab vniuersitate constituti, an vnus solus possit obligare bona vniuersitatis.*
18 *Administratores & sindici publici, in dubio, officiũ, & administrationem insolidum habere dicuntur.*

1 
Niuersitatem † ex proprijs contractibus obligari posse, nemini dubium esse debet, vt scribunt omnes Doctores in l.ciuitas.
2 ff.si cert. pet. licet enim † in contractibus
3 consensus requiratur, † vniuersitas autem consentire non possit, l.j.§. vlt.ff. de
4 acquir. possess. tamen † vniuersitas legitimè congregata vicem personæ sustinet, & ob id contractus aliaque negotia ad rempublicam pertinentia explicare potest,
5 † consensumq; proprium in supradictis omnibus accõmodare, licet non cum eadem facilitate, qua singulares personæ, vt dicit glo. in d.§.vlt. Sed maius dubium est
6 † an, & quando vniuersitas vel per se, vel per sindicum possit obligare singulares personas, & bona particularium ipsiusmet vniuersitatis, ipsis particularibus non consentientibus. Circa hunc articulum Doctores nostri solent distinguere inter vniuersitatem non recognoscentem superiorem, & sic habentem potestatem con-

dendi legem vel statutum , & vniuersitatem, quæ superiorem recognoscit, & quæ per consequens non potest legem vel statutum facere; vt primo casu possit vniuersitas vel per se principaliter, vel per sindicum legitimè constitutum, & qui habeat in mandatis ad sic promittendum, obligare personas, & bona particularium, & singulorum de ipsa vniuersitate; secus autem in secundo
7 casu: † omnis enim contractus, qui fit ab eo, qui habet potestatem legis condendæ, habet vim legis. l. Cæsar. ff. de publicanis, l. penult. C. de donat. inter virum, & vxor. Quemadmodum igitur lex vel statutum conditum ab aliqua vniuersitate habente hanc potestatem ligat, & afficit omnes de ipsa vniuersitate. l. j. ff. de legib. l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. ita etiam contractus initi à tali vniuersitate habente legis condendæ potestatem, seu superiorem non recognoscente, & locum principis tenente, ligat, & afficit bona & personas particulares de ipsa vniuersitate; & pacta, quæ apponuntur in huiusmodi contractibus, qui celebrantur à tali vniuersitate possunt allegari in iudicio, tanquam statuta, contra ciues eiusdem ciuitatis, & vniuersitatis, & contra omnes, quos statuta eiusdem communitatis ligant, & afficiunt. Bart. in l. ciuitas, num. 2. 3. & 4. ff. si cert. pet quem sequitur Castr. in l. 4. num. vlt. ff. de re iudic. idem Bart. in d. l. 4. §. j. num. 9. 10. & 11. ff. de re iud. & in rubr. ff. quod cuiusq; vniuers. nom & ibi in addit. Vniuersitas igitur, seu eius sindicus pôt facere contractum non solum in vniuerso, sed vt ét singulares personæ de populo, seu vniuersitate, earumq; bona obligentur; & ita possunt talem contractum facere consiliarij, qui repræsentant totam vniuersitatem, seu populum; & hoc qñ populus, seu vniuersitas habet potestatem legis & statuti condendi, quo casu singulares personæ, ita ex hoc contractu & obligatione conueniri poterunt, sicut si de hoc esset factum statutum; nec hoc ex solo contractu iure obligationis procedit, quia cum † alia persona sit populus, seu vniuersitas, & aliæ personæ singulares & particulares ipsius populi, non potest vnus alterum obligare, sed hoc procedit ex vi legis, quia talis contractus factus ab vniuersitate habente

bente potestatem legis condendæ, habet vim legis. d.l. Cæsar.ff.de publicanis. Bartol.in d.l.ciuitas. num.5.ff.si cert. pet. Secus igitur est in vniuersitate, quæ superiorem recognoscit, & quæ per consequens legem vel statutum condere non potest, quia talis vniuersitas non potest singulares personas non consentientes obligare, ita vt ex huiusmodi obligatione possint conueniri, earumdemq; bona capi; nisi illorum, qui fuerunt præsentes huiusmodi contractui, & obligationi: nam & illi conueniri poterunt ex proprio mandato, vtili institoria, cum illorum consensus interueniat. Bart.in l.7.nu.2.ff.quod cuiusque vniuer.nom.& in l.26.num.2. 3. & 4. C.de donat. inter vir.& vx. Hanc eandem distinctionem sequitur idem Bart.in l.sicut, in princ. ff. quod cuiusque vniuer. nom. quæ est d.l.7. iam allegata Ias. in l. 4.num.23. in fine. ff.de re iudicata, vbi dicit hanc opinionem, seu distinctionem esse veram & communem, & in l.ciuitas, num.5. 6. 7. & 8.ff.si cert. pet. Doctores in l.si is qui bona.ff.de pignorib. Bald. tamen in l.j.num.3.cum seq. C. ne filius pro patre.reprehendit hanc opinionem, & eum sequitur Castrens. in l. 4. ff. de re iud. mouetur Baldus, quia ista conclusio supra dicta, quod contractus factus ab eo, qui habet potestatem legis condendę, habeat vim legis, procedit secundum ipsum Baldum, quando talis contractus fieret animo condendi legem, & adhibita forma quæ requiritur in lege condenda, sed quando vniuersitas creat sindicum, vel facit contractum nō facit animo condendi legem, nam alia est forma legis condendæ, in qua requiritur maior deliberatio, & alia ad constituendum sindicum, vel ad faciendum contractum: & ideo, vt conclusio supradicta Bar. procedat, esset opus quòd anteà vniuersitas condidisset statutum, quod omnis contractus ab ea celebrandus haberet vim legis. Hanc opinionem Baldi contra Bart. tenent multi Doctores, quos refert Ias. in l.4.num.24.& 25.ff.de re iudicata. Alex.in d.l.4.num.21.conciliat has opiniones Bar. & Baldi contrarias, & dicit opinionem Bartoli procedere in ciuitatibus, quæ non recognoscunt superiorem, & sic tenent locum Principis; opinionem Baldi & sequacium habere

locum in vniuersitatibus recognoscentibus superiorem. Verùm, quicquid dicat Bal. non est recedendum ab opinione, & distinctione Bar. tanquàm vera, & communi, vt dicit Ias. in d.l.4.num.23. in fine. ff. de re iudi. Ias. in l. ciuitas. num. 9. 10. & 11. ff. si cert. petatur. Circa hunc articulum
9 culum † an & quando vniuersitas in contractibus, & obligationibus possit vel per se, vel per sindicum legitimè constitutum obligare, & personas, & bona singulorum, & particularium de vniuersitate pro obseruatione contractus, vel p debito ipsi' vniuersitatis, & an teneat, & subsistat huiusmodi obligatio, distinguit hoc pacto, & dicit quòd ita consuleret si casus veniret; Aut ciuitas creauit sindicum, & dedit ei potestatem, vt possit obligare vnam, vel duas personas particulares, & singulares de ipsa vniuersitate, non interueniente ipsorum particulariũ consensu; & hoc casu, si sindicus obligauit illas duas vel tres personas singulares non consentientes obligationi, non tenet obligatio, & hoc probat per supradictam Bar. conclu. & distinctionem, quando constituitur sindicus ab vniuersitate, cum potestate obligandi vniuersitatem, & singulares personas, earumque bona, certè hæc constitutio sindici habet vim legis, & statuti, vt supra dictum
10 est: modo sic, † quando vniuersitas facit statutum, debet illud facere generaliter, & si facit contra singulares, & particulares personas non habet vim legis, & factum nõ valet. l. 1. & 2. ff. de legib. Iason ibid. num. 10. ergo idem erit dicendum quando vniuersitas constituit sindicum ab obligandum vnam vel duas personas, vt in effectu huiusmodi obligatio non subsistat: Aut verò vniuersitas constituit sindicum cum potestate & mandato vt possit obligare nõ solum ipsam vniuersitatem, & eius bona, sed etiam omnes personas particulares ipsius vniuersitatis; & hoc casu, ex causa publicę vtilitatis duntaxat, sindicus poterit obligare omnes personas singulares ipsius vniuersitatis, etiam non cõsentiẽtes obligationi, & tenebit obligatio, quia hoc casu obligatio est generalis, & extenditur ad omnes personas particulares ipsius vniuersitatis, non autem ad certas, & nominatas personas, vt in primo casu. Hanc eandem distinctionem videtur tenere. Alex. in
in

in d. l.4. num. 24. ff. de re iud. Gail. in tract. de arrestis imperij.cap.9. num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. cum sequen. Possunt igitur huiusmodi vniuersitates superiorem non recognoscentes, vel per se ipsas principaliter, vel per sin dicũ legitimè ab ipsis constitutum cum mandato speciali vniuersitatis, obligare particulares omnes ipsius vniuersitatis, eorumque bona pro debito, & contractu vniuersitatis, idque ex causa publicæ vtilitatis, qua cessante cessabit etiam hæc potestas vniuersitatis; multa enim publicæ vtilitatis gratia permissa sunt, quæ alias prohibentur. Si igitur vniuersitas velit obligare singulos de vniuersitate pro cõtractu principaliter respiciente priuatã vtilitatem, puta si vniuersitas fideiuberet pro aliqua persona, & vellet obligare particulares ipsiusmet vniuersitatis, hoc facere non potest, secus pro contractu concernẽte principaliter vtilitatem reipublicæ. Non enim Princeps neque respublica in bonis singularium personarum quicquam iuris habent, quia bona singulorum non dicũtur bona vniuersitatis; excepto duntaxat casu concernente publicam vtilitatem, quo excepto, vniuersitas non potest obligare singulares personas, non consentientes, secundum glo. in l.2. C. quæ sit longa consuet. quia aliud est vniuersitas, & aliud singuli de vniuersitate. ergò
11 † contractus vnius non debet alteri præiudicare: regula
12 enim est, quòd † alter per alterum non potest obligari sine sua voluntate; & aliud est populus, seu vniuersitas, & aliud sunt singulares personę ipsius vniuersitatis. Oynotomus in §. vniuersitatis. num.4 Instit. de rerum diuis. Hanc eandem distinctionem sequitur Ripa in l. 4. num. 39. 40. 41. 42. ff. de re iud. & in l. si is qui bona. nu. 5. cum seq. ff. de pignorib. Gaill. in loco supra allegato, fol. 383.
13 cap. 9. num. 7. cum plurib. sequen. Cæterùm † quando sindicus creatus ab vniuersitate habente potestatem legis condendæ obligat vniuersitatem, & singulares personas pro causa publicæ vtilitatis, vt supra dictum est, nõ intelligitur singulares personas obligare insolidum, sed tãtum pro virili parte, & sic quilibet de vniuersitate poterit tantùm conueniri pro sua rata parte, & non in plus. l. reos. in fine. ff. de duobus reis, nisi aliud habeat sindicus

In mandatis, scilicet obligandi insolidum singulares per sonas,& id in contractu expresserit Barto. in l.4. ff. de re iud. Diuersum tamen est quando sindicus obligat bona vniuersitatis, & bona singularium personarum; intelliguntur enim hoc casu bona singularium personarum insolidum obligata. Bartol. in d. l. 4. ff. de re iud. Aliud est igitur secundum Bartol. ibi,in personarum, & aliud in rerum, seu bonorum obligatione. Alex. quem refert Iason in d.l.4.num.25.26.& 27.repræhendit hanc differentiam Bartoli, inter obligationem personarum, & bonorum; & mouetur,quia obligatio personalis,quæ est principalis,non intelligitur in solidum, sed pro virili parte, secundum eundemmet Bartolum, vt suprà diximus; ergo nec obligatio bonorum, quæ est accessoria, quia imitatur accessorium naturam sui principalis. l.si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Contra eundem Barto. tenet Ias.in d.l.4. num.25.in fine,& num. 26.& 27. vbi dicit apertè, hanc differentiam à Barto. constitutam inter obligationem singularium per sonarum, & obligationem bonorum, nullo modo posse subsistere, quia bonum est argumentum de personis ad res, & è contra, & tantò magis in proposito nostro; cùm obligatio personarum sit principalis, & obligatio bonorum accessoria,vt supra dictum fuit. Alex. tamen in d.l. 4. num. vlt.in fine. ff. de re iudicata. dicit fore temeritatem velle recedere ab opinione Bartol. propter maximam eius auctoritatem, & concludit perpetuò tenendam esse menti decisionem prædictam Bartoli, quã sequitur Ripa in d.l.4. num. vlt. & in l. si is qui bona. ff. de pignorib. Bald. in l.1, §. quod si nemo.num.3. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Quod autem supra dictum est, sindicum & administratorem vniuersitatis in contractibus, & obligationibus,quæ per ipsum celebrantur nomine vniuersitatis, obligare posse bona particularium personarum, nec non bona ipsius vniuersitatis,iuxta l. si is qui bona.ff.de pignoribus; intelligendum est de admini-
34 stratore,qui iure administrat:† Dicitur autem iure administrare is cui concessa est administratio cum libera.l. procurator cui libera. ff. de procurat. vel cum speciali manda-

mandato, secus in eo, qui habet simplicem administrationem. l. procurator tutorum.ff.de procurat. ratio est,
15 quia † supponere bona hypothecæ est species aliena-
16 tionis,l.fin. C.de rebus alienis non alienandis, † quam alienationem nullus administrator facere potest,nisi habeat speciale mandatum cum libera ab vniuerso populo, vel à concilio, totum populum repræsentante, legitimè conuocato; secus si administrator sit constitutus à solis consulibus, seu antianis ipsius vniuersitatis, hic enim non iure administrat, & per hoc nec alienare nec obligare bona eiusdem vniuersitatis potest; non enim repræsentant totam vniuersitatem sicut concilium. Ripa in d.l.si is qui bona,num.1.2.3. & 4.ff.de pign. Bald. in l.ciuitas.num.9.ff. si cert. pet. Castren.in l.7.num.2.
17 ff.quod cuiusque vniuers. nom.quod † si plures sint cōstituti administratores, seu sindici, an vnus solus possit
18 obligare bona vniuersitatis? certè sic, quia † officium administrandi in dubio censetur cuilibet concessum insolidum Bald.in cap.1. versic. hoc quod,num.5.de pace tenenda, in vsibus feudorum. Ripa in d.l.si is qui bona. num.1.2.3. & 4.ff.de pignoribus.

De mutuo facto vniuersitati, seu eius administratoribus. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Mutui contractus est cæteris frequentior, multaque singularia, & specialiter habet.*

2 *Digniora, & frequentiora sunt præmittenda, & vberius pertractanda.*

3 *Ciuitas, & qualibet alia vniuersitas ex causa mutui obligari potest.*

4 *Ciuitas & ecclesia æquiparantur.*

5 *Ecclesia ex causa mutui obligatur.*

6 *Legis ciuitas.ff.si cert. pet. dispositio,non solum habet locum in ciuitate, sed etiam in omnibus castris, villis,*

villis, collegijs, & alijs vniuersitatibus, quæ per alios reguntur.

7 *Lex ciuitas. ff si cert. petatur, an habeat locum duntaxat in contractu mutui, an verò etiam in cæteris contractibus.*

8 *Vniuersitas legitimè conuocata, seu eius concilium si accipit pecuniam mutuo, tunc vniuersitas indistinctè obligatur ex ipsa mutui datione, neque creditor tenetur probare pecuniam versam esse in vtilitatem ipsius Reipublicæ.*

9 *Ecclesia quando præsente capitulo, & prælato accipit pecuniam mutuo, creditor tunc nō habet necesse probare pecuniam versam fuisse in vtilitatem ecclesiæ.*

10 *Vniuersitas circa alienationem, & administrationē rerum suarum est domina, & moderatrix, & potest liberè de his facere legem quam vult.*

11 *Vniuersitas quando non accipit pecuniam mutuo, sed eius administrator, & sindicus habens speciale mandatum ab ipsa vniuersitate ad accipiendam pecuniam mutuo in certam causam vel in genere, tunc ipsa vniuersitas obligatur indistinctè.*

12 *Vniuersitas obligatur si prius administrator vel sindicus non habens speciale mandatum, sed simplicem duntaxat administrationem, pecuniam mutuo accepit, si in vtilitatem ipsius reipublicæ conuersa sit, alias ipse administrator duntaxat obligatur.*

13 *Ecclesia & minor non obligantur ex mutuo recepto à tutore, curatore, & œconomo; nisi probetur tale mutuum versum fuisse in eorum vtilitatem.*

14 *Administrator vniuersitatis non habens speciale mandatum, sed simplicem duntaxat administrationem, si pecuniam mutuam accepit, nec conuersa est in vtilitatem reipublicæ, qua actione teneatur, vt possit conueniri.*

Obligatio

15 *Obligatio non obligat vltra animum, voluntatem, & intentionem contrahentium.*

16 *Actio de dolo cum alia non concurrit.*

17 *Pecuniam versam esse in vtilitatem vniuersitatis cui incumbat onus probandi; & qualiter hoc probetur.*

18 *Visus testimonium est excellentius omni alio testimonio.*

19 *Aedificia non reficiuntur vento, sed cum magno sumptu, & opera.*

20 *Actus sequens præsumitur factus in executionem tractatus præcedentis.*

HActenus vidimus aliqua in vniuersum, siue in genere de contractibus & obligationibus, quę ab vniuersitatibus, seu earum administratoribus fiunt. Nunc sigillatim & particulatim dispiciamus de specialibus contractibus, qui per communitates celebrantur, iuxta l. j. ff. si cert. pet. §. his igitur generaliter, Instit. de iust.
1 & iure. † sed quia contractus mutui est cęteris frequentior, multaque singularia, & specialia habet glo. in rub. ff. si cert. pet. l. singularia. ff. eod. ideo prius ab hoc contractu exordiamur, iuxta l. legaui. ff. de liber. leg. & l. 2. ff. de statu hom. §. vlt. Instit. de iure nat. gen. & ciuili. vbi
2 ea, † quæ sunt frequentiora, & digniora sunt præmittenda, vberiusque pertractanda. De mutuo igitur facto vniuersitati, eiusque administratoribus loquitur l. ciuitas ff. si cert. petatur, cuius verba hæc sunt, ciuitas mutui datione obligari potest, si ad vtilitatem eius pecuniæ versæ sunt, alioquin ipsi soli, qui contraxerunt, non ciuitas, tenebuntur; ex qua lege, iunctis his quæ scribunt Doctores in d. l. ciuitas, multæ eliciuntur conclusiones, quas breuiter, & strictim referam, ex quibus tota hæc materia clarè, & apertè, & dilucidè remanebit explicata. Præmitto igitur certissimam esse iuris
3 conclusionem † ex causa mutui nedum singularem per-

sonam obligari, sed etiam quamlibet vniuersitatem, &
4 communitatem. d.l.ciuitas. ff. si cert.petatur. Nam † ecclesia, & ciuitas æquiparantur. l.vlt.C.de sacrosanct.
5 ecclesijs; sed † ecclesia ex causa mutui obligatur. Auth. hoc ius porrectum.C.eod.tit.de sacrosanct.ecclesijs.ergo idem erit dicendum de ciuitate, vt ex mutui datione obligetur. Papiensis fol.746 num.2. & 3. Nec de hoc est dubitandum; quia est textus apertissimus in dicta
6 l.ciuitas. † cuius legis dispositio non solum locũ habet in ciuitate, sed etiam in omnibus castris, villis, collegijs, & vniuersitatibus, quæ per alios reguntur. Bart. in d.l. ciuitas nu.10.& 11.Rol. à Valle cons.90 num.25.vol. 1.
7 An autem † dispositio dictæ legis ciuitas habeat dũtaxat locum in cõtractum mutui, an verò etiam in cęteris cõtractibus. Bart.in l.1 C.de vend.reb ciuitatis lib.11. tenet quòd non; quem cõmuniter sequuntur Doct. in dicta lege ciuitas, & benè probatur in l.1.C.si aduersus credit. arguendo de pupillo ad rempublicam. l. respublica C. quibus ex causis maiores. Stante igitur hac conclusione verissima, vniuersitatem obligari ex mutui datione, videndum est quando, & quibus in causis obligetur, & quando non. Qua in re subijcio primam conclu-
8 sionẽ, quæ est huiusmodi. † Quando vniuersitas legitimè conuocata, seu eius consilium quod vniuersitatẽ repræsentat, accipit pecuniã mutuo, tunc vniuersitas indistinctè obligatur ex ipsa mutui datione, neque creditor tenetur probare pecuniam versam esse in vtilitatem ipsius reipublicæ: ex eo enim quòd ipsamet contraxit mutuum, & quòd pecunia eidem met vniuersitati, seu eius administratori, præsente tamẽ ipsa vniuersitate, numerata est, pręsumitur versã in eius vtilitatẽ, licet aliàs nõ probetur verso. Bar. in l.ciuitas.num.2.3. & 4. ff.si cert. pet.& ibid.num.8.in fine, & num.12. 13. 14 Iason in d.l. ciuitas.num.4.vers.2. principaliter. Papiensis fol.746. num.4.Alex.ibid.num.11. Idem videmus esse in eccle-
9 sia, quæ ciuitati æquiparatur. nam † quãdo mutuum fit præsente capitulo & prælato, non est necesse tunc probare pecuniam versam fuisse in vtilitatem ecclesiæ. glo. in Auth. hoc ius porrectum, circa finem. C.de sacrosan.

eccle-

ecclesijs. Mascbar. concl. 582 num. 3. ratio huius rei potest esse, quia † vniuersitas circa alienationē, & administrationem rerum suarum est domina, & moderatrix, & potest liberè de ijs disponere, & circa eas facere legem quam vlt. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Bar. in d. l. ciuitas. nu. 2. 3 & 4. Secunda conclusio est, † quando vniuersitas non accepit pecuniam mutuò, sed eius administrator & sindicus habens speciale mādatum ab ipsa vniuersitate ad accipiendum pecuniam mutuo in certā causam, tunc ipsa vniuersitas obligatur indistinctè: præsumitur enim pecuniam versam esse in illam certā causam, & in vtilitatem vniuersitatis, sufficitq; hoc casu si administrator tempore mutui accepit dicat se accipere in illam certam, & destinatam causam: præsumitur enim pecuniam esse versam in dictā certam causam; licet aliter nō appareat de ipsa versione. l. qui habebat. ff. de institor. act. l 3. §. vbi autem. versic. quandoque quęritur, cū l. fin. ff. de exercit. act. nec creditor tenetur hoc casu probare pecuniam versam in vtilitatem vniuersitatis: mandatum enim adimplet administrator; fuitque ei concessum, vt pecuniam mutuò acciperet, in talem causam, & hoc fecit, & vlterius creditor quærere nō debebat. Bar. in d. l. ciuitas. num 7. Ias. ibid. num. 1. & 2. Papiensis fol. 746. nu 4. Et idem dicendum est quando administrator habebat mandatū speciale ab vniuersitate accipiendi pecuniam mutuo, in genere, & nō in certam expressam & destinatam causam: nam his duobus casibus nō tenetur creditor probare pecuniam versam esse in vtilitatem vniuersitatis, cùm hoc casu præsumatur: contrahentes enim, confisi de mandato, decipiendi non sunt. l. 1. §. magistrum. ff. de exercit. actione. Doctores in

12 locis supra allegatis. Tertia est conclusio, † quando administrator vniuersitatis nō habet speciale mandatum ab vniuersitate ad accipiendum pecuniam mutuo, sed simplicem duntaxat administrationem, si pecuniam mutuo accepit, obligatur vniuersitas, si in eius vtilitatem probetur pecuniam esse versam, alias administrator dūtaxat obligatur, & hic est casus de quo in d. l. ciuitas. quę ita debet intelligi, secundum Bart. ibi num 8. Guill.

fol 383.cap.9.num.5. & 6. l. si in rem. C. quando ex facto tuto. Castren. in l. 6. §. 1. nu. vlt. ff. de negot. gestis. non enim iure administrat, qui pecuniam in vtilitatem vniuersitatis non conuertit. arg. l. si fundum. §. si tutor. ff. pro emptore. Ripa in l. si is qui bona. num. 8. 9. & 10. ff. de pignoribus, Castr. in d. l. ciuitas per tot. & in l. 3. §. 1. num. 2. ff. de in rem verso, Bal. & Socinus in d. l. ciuitas. Administrator igitur vniuersitatis habens simplicem administrationem, & non speciale mandatum ad accipiendam pecuniam mutuo, obligatur ipse solus, & non vniuersitas, si pecunia non est conuersa in vtilitatem ipsi reipublicæ. Idem videmus esse in ecclesia, & minore,
13 quibus vniuersitas æquiparatur; † qui non obligantur ex mutuo recepto a tutore, curatore, & œconomo, nisi probetur tale mutuum versum fuisse in eorum vtilitatem. Auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccle.
14 Maschardus conclus. 582. num. 1. & 2. Sed; † qua actione teneatur, & possit conueniri huiusmodi administrator, quærunt Doctores nostri; & dicunt siquidem administrator accepit pecuniam mutuo simpliciter, vel etiam tamquam administrator vniuersitatis, per hoc non excluditur, quin etiam ipse proprio nomine teneatur ex eodem contractu, potuit enim mutuans contemplatione vtriusque mutuam pecuniam dare, quod præsumitur in dubio; sed si expressè fuit dictum, quod administrator accipiens mutuam pecuniam non teneatur proprio nomine, nec tanquam persona priuata, tunc
15 non est dubium, quòd non tenebitur; nam † obligatio non obligat vltra animum, voluntatem, & intentionem contrahentium. l. non omnis. ff. si cert. petatur, si igitur administrator pecuniam mutuo accepit, & contraxit tanquam administrator vniuersitatis, & ad eiusdē vniuersitatis vtilitatem, debet facere duo, scilicet se administratorem vniuersitatis probare, & se ad eiusdem vtilitatem fecisse: aut ergo non docet se administratorem, vel docet se minus legitimum mandatum habuisse, & hoc casu tenetur de dolo. l. quidam debitor. l. si legatarius. ff. de dolo malo; dolo enim facit asserendo se administratorem, cùm non esset: si verò docet se administratorem,

torem, non autem docet pecuniam versam in vtilitatẽ vniuersitatis, poterit conueniri condictione ob causam; fuit enim ipsi mutuò data pecunia in hanc causam, vt in vtilitatem vniuersitatis verteret, quæ causa sequuta nõ est, toto tit. ff. de condict. ob causam: si verò neutrum doceret, nec se administratorem vniuersitatis, nec pecuniam versam in eius vtilitatem, hoc casu cessat actio de dolo, & habet locum condictio ob causam, quia
16 † actio de dolo cum alia non concurrit. l. 1. & 2 ff. de dolo malo. l. 2. C. eod. tit. Poterit igitur hisce casibus ante omnia iudicis officium implorari contra talem administratorem, vt prædicta probet, & doceat, aliàs conuenietur supradictis actionibus. Bart in d. l. ciuitas. num. 9. & 10. & cons. 94. num. 2. vol. 1. Alex. in d. l. ciuitas. nu. 9. & 10. Quando igitur administrator non habens speciale mandatum, sed solum simplicem administrationem vniuersitatis, accipit pecuniam mutuo, ipse solus obligatur, si pecunia non est conuersa in vtilitatem publicam, & tenetur non solùm durante officio, sed etiam finito officio, ac si mutuum esset factum proprio nomine; aliàs sequeretur, quod mutuans neminem haberet obligatum finito officio, & sic pecunia cederet lucro administratoris, contra, l. si me & Titium. ff. si cert. petat. Alex. in d. l. ciuitas. nu. 1. & 6. secus si sit conuersa in vtilitatem reipublicæ; hoc enim casu respublica obligatur; ex eo enim quod pecunia versa est in vtilitatem vniuersitatis, videtur potius contractum fuisse cum ipsa vniuersitate, quàm cum ipso administratore. l. 1. ff. de in
17 rem verso. Sed † cui incumbat onus probandi pecuniã versam esse in vtilitatem vniuersitatis, quęrunt Doctores; & dicunt hanc probationem spectare ad creditorẽ volẽtem agere contra ipsam rempublicam, quia ex hoc fundat intentionem suam; & hoc siue agat, siue excipiat: fundamentum enim suæ intentionis, siue agat, siue excipiat, vnusquisque probare tenetur. l. 2. l. in exceptionibus ff. de probat Maschar. concl. 1167. num. 10. 11. & 19. Sed qualiter, & quomodo creditor possit & debeat probare pecuniam versam esse in vtilitatem vniuersitatis? Dic quod probatur, primò per probationes

hoc

hoc necessariò concludentes, puta per testes, vel instrumenta; vel per apertam facti naturam, vt per sensum oculorum, quod fuit visum expendi in eam causam: te-
18 stimonium enim visus, † excellentius est omni testimonio. §. sed cum magis. Institut. de gradibus cognat. probatur etiam per coniecturas, & à posteriori effectu & euentu, quia appareat illam causam in quam accepta est pecunia sequutam fuisse, puta quòd refectio sit sequuta, sed non apparet ex qua pecunia; nam præsumitur ex ea pecunia, quæ in hanc causam fuit mutuo ac-
19 cepta, † nec enim vento reficiuntur ædificia, sed cum magno sumptu, & opera, l. vltima C. de vsur. pupil. l. quæ tutores. C. de administrat. tutor. l. ex duobus. ff. de negot. gestis. l. si ventri. §. vlti. ff. de priuil. credit.
20 nam † actus sequens præsumitur factus in executioné tractatus præcedentis. Maschar. conclusione 619. num. 2. & conclusione 1165. 1166. 1167. & hoc tantò magis habet locum, si probetur tempore mutui accepti vniuersitatem indiguisse pecunia. Ripa in l. si is qui bona. numero 8. 9. & 10. ff. de pignoribus. Alexand. in l ciuitas num. 11. ff. si cert. petat. Papiens. fol. 746. num. 6.

Cæterùm, quando non rectè pecunia soluitur administratori ciuitatis, non præsumitur versa in vtilitatem reipublicæ, nisi probetur. l. vnica. & ibi Bart. num. 2. C. de solutio. & liberat. lib. 11. quando autem dicatur versa pecunia in vtilitatem vniuersitatis, vide textum elegantissimum in l. quòd si seruus. §. regulariter cum §. sequen. ff. de in rem verso. Sed quid si creditor, qui pecuniam mutuo dedit, dicat se dedisse ipsam pecuniá thesaurario vniuersitatis? certè creditor hoc casu potest agere contra vniuersitatem, vt contra thesaurarium cedat iura sua; à quo thesaurario consequitur suam pecuniam sine dispendio, & damno vniuersitatis. l. creditore. ff. de euictio. Papiensis fol. 746. num. 7. & 8.

De

De alienatione rerum publicarum. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas an, & quando possit propria bona alienare.*

2 *In re propria quilibet est arbiter; & moderator.*

3 *Vniuersitas circa administrationem, & alienationem rerum suarum potest facere legem, quam vult.*

4 *Alienatio rerum publicarum ad hoc vt valida sit, quæ requirantur.*

5 *Ordo decurionum seu concilium ordinarium an possit alienare bona publica, an verò hæc facultas alienandi competat concilio generali per capita domorum.*

6 *Alienatio rerum publicarum ad hoc vt valida sit, debet obseruari forma à consuetudine introducta.*

7 *Alienatio rerum vniuersitatis ad hoc vt sit valida, requiritur vltra decretum curiæ, iudicis etiam decretum.*

8 *Alienatio rerum publicarum ad hoc vt sit valida, emptor tenetur probare pretium versum fuisse in vtilitatem reipublicæ.*

9 *Alienatio rerum publicarum, ad hoc vt valida sit, debet præcedere subhastatio.*

10 *Alienatio bonorum mobilium ciuitatis, vel alterius vniuersitatis, quas solemnitates requirat.*

11 *Alienatio bonorum mobilium pupilli an requirat decretum iudicis.*

12 *Lex vltima C. de vend. reb. ciu. lib. 11. habet locum non tantum in alienatione rerum ciuitatis, sed etiã vendicat sibi locum in castris, villis, & alijs vniuersitatibus quæ per alios reguntur.*

13 *Lex vlt. C. de vend. reb. ciu. lib. 11. habet locum, non solum in venditione, sed etiam in qualibet alia alienatione.*

14 *Vniuersitas an possit renuntiare solemnitatibus concernentibus alienationem rerum publicarum.*

15 *Legibus prohibentibus, seu earum solemnitatibus non potest renuntiari.*

16 *Dictio non aliter, & dictio nisi, inducunt formam.*

17 *Legibus dantibus solemnitatem, & formam non potest renuntiari.*

18 *Vnuersitas superiorem nō recognoscens, & sic habens potestatem legis condendæ, potest facere statutū circa formam, & modum alienandi res publicas & valet, licet discrepet à forma iuris communis.*

19 *Alienatio rerum publicarum facta tiranno, potest reuocari, quasi facta iusto metu.*

20 *Sindicus, procurator, seu administrator vniuersitatis an, & quando possit alienare rem publicam.*

21 *Alienatio rerum publicarum non venit in mandato vniuersitatis quantumcunque generali.*

22 *Sindicus procurator, uel administrator uniuersitatis, ad hoc vt possit vendere res, & bona ipsius reipublicæ, quid requiratur.*

23 *Alienatio rerum publicarum, facta seruatis solemnitatibus requisitis, non potest retractari, licet alius offerat meliorem conditionem.*

24 *Actio redhibitoria habet locum in venditionibus rerum ciuitatis.*

25 *Actio redhibitoria habet locum tam in rebus immobilibus, quàm in rebus se mouentibus.*

26 *Sindici, officiales, seu administratores publici, qui vēdunt bona publica, an teneantur de euictione finito officio, & administratione.*

27 *Tutor non tenetur de euictione finito officio.*

Tutoris

28 *Tutoris officium, est necessarium, & non voluntarium.*

29 *Sindici & administratoris publici officium est necessarium, & non voluntarium.*

30 *Procuratoris officium est voluntarium, & non necessarium.*



Idimus supra de mutuo dato vniuersitatibus, quæ pro eiusdē pecuniæ mutuo acceptæ restitutione, vel plurimùm necesse habent, & coguntur deuenire ad rerū publicarum alienationem, locationem, collectarum, nouorumq; vectigalium impositionē, pecuniarum debitarum exactionem, vt inde possint, & mutuam pecuniā reddere; creditorib. ex alijs causis satisfacere, & pro quotidianis necessarijsque impensis publicis, & in vsus cōes pecuniam valeant erogare. Ideo de istis omnibus dispiciamus, & primo de alienatione, & distractione rerū publicarū. Indubitata igitur est iuris conclusio,
1 & regula, † vniuersitatem posse propria bona mobilia, & immobilia alienare, vel ex necessitate, puta pro soluēdo ære alieno, expediēdisq; publicis negotijs, vel ex vtilitate, etiamsi debitum non subsit, vt quia alienatio tendat in vtilitatem & commodum ipsius vniuersitatis re-
2 gula enim est generalis † quemlibet in proprijs rebus esse arbitrum, & moderatorem. l. in re mandata. C. mandati. Thes. in nostris terminis decis. 257. num. 2. & 7. Bar. in l. 3. in fine. C. de iure reipublicæ lib. 11. & de hoc non est dubitandum; extat enim totus titulus C. de venden-
3 dis rebus ciuitatis. lib. 11. nam † vniuersitas circa administrationem & alienationem rerum suarum potest facere legem quam vult. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. l. 2. §. viam publicam, & ibi glo. ff. ne quid in loco
4 publico. Sed † ad hoc vt huiusmodi alienationes rerum publicarum de iure subsistant, & validæ sint, multæ solemnitates requirūtur, de quibus in l. vlt. C. de vēd. reb. ciuit. li. 11. Primò enim, siue vniuersitas per se ipsam cōtractum venditionis ineat, siue sindicum ad alienandū constituat, debēt esse præsentes, & interuenire huiusmo-

I 2 di

di alienationi, seu sindici cōstitutioni duę partes ex tribus concilij, seu ordinis decurionū ipsius vniuersitatis. d.l. vlt. vers. in prouincijs vero. C. de vend. re. ciu. lib. 11. & sufficit, quòd maior pars ipsarum duarum partiū consentiat, describique debent nomina omnium decurionum, qui consentiunt dictæ alienationi: & cum curialibus, seu decurionibus, seu plurima parte eorum debet etiam interuenire maior pars honoratorum, & possessorum, idest eorum, qui in ciuitate bona possident; qui honorati, & possessores, propositis sacrosanctis euangelijs, iurent simul cum consiliarijs per relationem ad iuramentum primo loco præstitum per eos ab initio sui officij, quòd credant ipsam alienationem suæ patriæ esse vtilem. d.l. vlt. & ibi glo. & Ioannes de Platea. Rolandus à Valle cons. 90. num. 19. 20. & 21. vol. 1. Bart. in l. 2. nu. 1. C. de prædijs decurio. lib. 10. vbi de hoc est text. elegantissimus. † Concilium igitur ordinarium vniuersitatis potest bona immobilia eiusdē cōmunitatis alienare, cū dictis solemnitatibus. Contrarium tamen tenet Bart in l. ambitiosa. num. 10. ff. de decret. ab ord. facien vbi tenet hanc facultatē alienandi bona immobilia vniuersitatis non competere concilio ordinario, seu ordini decurionum eiusdem vniuersitatis, sed concilio, seu adunantiæ generali. Licet enim decuriones repræsentent totā vniuersitatem & populum, tamē in arduis negotijs, & reb. magni ponderis, vt est alienatio rerū immobilium, non potest concilium ordinarium aliquid decernere, nisi cōgregato cōcilio generali per capita domorum, à quo eidem concilio ordinario hæc potestas, & auctoritas tribuatur; & præsertim in villis, & alijs locis ciuitate inferioribus hoc locum habet, in quibus decuriones nō sunt personæ literatæ, & graues, & sagaces. Thes. decis. 257. num. 2. Hæc tamen opinio est de directo contra d.l. finalem, vers. in prouincijs verò, vbi imperator requirit interuentum duntaxat curialium, seu ordinis decurionū, necnon honoratorum & possessorum, vel maioris partis eorum: nec est verisimile imperatorem sensisse de concilio, & conuocatione generali totius vniuersitatis, quia si hoc voluisset, frustra fecisset mentionem honoratorū,

& pos-

& possessorum, quorum interuentus compræhenderetur sub congregatione concilij generalis. Concludo igitur, hanc potestatem alienandi bona immobilia vniuersitatis, residere penes concilium ordinarium, seu ordinē decurionum, nisi aliter fuerit statutū, vel per consuetu-
6 dinem introductum; † forma enim introducta à consuetudine in alienatione rerum publicarum, si non seruet, alienatio redditur nulla. l. vlt. cum glo. C. de iure reipu. lib. 11. Rolandus d. conf. 90 nu. 29. Præterea, ad hoc vt
7 † alienatio rerū vniuersitatis sit valida, requiritur vltra decretum curiæ, iudicis etiam decretum. d. l. vlt. C. de vend. reb. ciu. lib. 11. l. 2. cum glo. in verbo, acta C. de prędijs decurionum lib. 10. l. j. & 2. C. de seruis reip. manumitten. Rol. d. conf. 90. num. 22. requiritur etiam, vt em-
8 ptor probet pretiū † versum fuisse in vtilitatem reipublicæ. glo. vlt. in fine. in d. l. vlt. cum glo. vlt. in l. j. C. eod. titu. de quo vidę Bartolum in l. 1. num. 1. & 2. C. eod. tit.
9 de vend. reb. ciuit. Pręter supradictas solemnitates † debet præcedere in alienationibus rerum publicarum subhastatio, ad instar rerum minoris & pupilli, quib. respublica æquiparatur, & instrumento alienationis rerum vniuersitatis non est standum, in quo fit mentio de subhastationibus, si tempore confecti instrumenti non potuerunt interuenire. Rolan. conf. 90. num. 41. & conf. 99. nu. 19. vol. 1. & istę solemnitates sunt necessarię vbi alienantur bona immobilia ipsius vniuersitatis, necnon annui reditus, & etiā bona mobilia, quæ seruando seruari
10 possunt; sed † alia bona mobilia, quæ seruando seruarī non possunt, alienari possunt sine decreto iudicis, curię,
11 seu decurionum, † ad similitudinem bonorum pupilli. l. lex quæ tutores. C. de admin. tut. Bar. in d. l. vlt. nu. 1. C. de vend. reb. ciu. lib. 11. glo. 1. in fine. in d. l. fina. cuius
12 † legis vltimæ dispositio, quæ loquitur de reb. ciuitatis vendendis, habet etiam locum in castris, villis, & alijs vniuersitatibus, quæ per alios reguntur. Rolan. conf. 90.
13 num. 23. cum seq. & licet † d. l. vlt. loquatur de venditione, habet tamen locum in qualibet alia alienatione. Lu-
14 douicus decis. 93. num. 37. 38. & 39. Sed † an vniuersitas possit renunciare prædictis solemnitatibus cōcernentibus

bus alienationem rerum publicarum, & de quibus in d.
15 l. vltima? Dic quod non. nam † legibus prohibentibus non potest renuntiari gl. in l. 1. & 2. C. de fideiussor. dot. dent. sed in d. l. vlti. prohibetur bona ciuitatis posse alienari, nisi cum solemnitatibus ibidem descriptis, vt patet in d. l. fin. versi. non aliter, nisi ergo eis renuntiari non
16 potest; maximè cùm dicta † verba non aliter, nisi, indu-
17 cant formam; & † legibus dantibus solemnitatem & formam non potest renuntiari: l. nemo potest. ff. de leg. 1. Rolan. consi. 90. num. 40. vol. 1. verumtamen si esset ali-
18 qua † vniuersitas, quæ haberet potestatem, & facultatem condendi legem, & statutum, vt sunt vniuersitates superiorem non recognoscentes; tunc, faciendo primò legem, seu statutum circa formam, & modum alienandi, vel circa ipsam alienationem, valeret, & sufficeret seruari formam legis municipalis, licet discreparet à forma iuris communis. De qua in d. l. vlt. C. de vend. reb. ciu. vbi Bar. num. 4. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi, aut clam. & ibi Bar. num. 2. l. 2. §. viam publicam. vbi glo. & Bart. ff. ne quid in loco publico. glo. in l. continuus. §. cùm quis sub conditione, & ibi etiam Bar. num. 5. ff. de verbor. oblig.
19 † nisi vniuersitas faciat tale statutum, seu legem municipalem pro alienatione rerum suarum fienda tyranno: nam ista alienatio, & statutum, & omnia quæ facta sunt possunt reuocari, quasi facta iusto metu. l. 1. §. quæ onerandæ. vers. & in summa. ff. quarum rerum act. non dat. Bart. in d. l. 3. §. planè. nu. 3. ff. quod vi aut clam. Vniuersitas igitur vel per se principaliter, & per proprium decretum, vel per sindicum legitimè constitutum potest
20 propria bona alienare. nam † sindicus, seu procurator vniuersitatis habens liberam & generalem administrationem, vel speciale mandatum, potest vendere rem vni-
21 uersitatis, † secus si habeat simplicem administrationé. Ripa in l. si is cui bona. nu. 2. ff. de pignoribus. Supra di-
22 cta tamen procedunt † dummodò sit expressum in licétia, seu mãdato, & instrumento sindicatus, quæ bona debeant vendi, aliàs simplex facultas vendendi non suffi-
23 cit. Rol. d. consi. 90. num. 28. vol. 1. quòd si † alienatio rei publicæ facta sit seruatis supradictis solénitatibus, subsi-
stet

ſtet huiuſmodi venditio, emptorque rē emptam perpetuò poſſidere debet, nec ab eo pōt auelli, licet alius offerat meliorem conditionem. l.4. C.de diuerſ.pręd.vrban. lib.11.l.1.vbi etiam Bart.C.de vend.reb.ciu.lib.11.Ang. in l.1.C.de fund.rei priuatę libr.11. l.Lucius. §.fin. ff.ad municip. Marcus deciſ.565.nu.2.vol.1.vniuerſitas enim poteſt legem condere, intra quod tempus venditio rerũ ſuarum fiat; intra quod tempus offerens maius pretium, & meliorem conditionem admittitur, licet res iam alteri fuerit vendita; poſt verò lapſum tempus non: nam à lege nullum tempus eſt pręfixum, intra quod publicę res vendi debeant.l.4.& ibi etiam glo.2.in fi. & Bart.num.2.
24 & 9.C. de fide inſtrum.lib.10.† In venditionibus tamen rerum ciuitatis tam mobilium, quàm immobilium habet locum actio redhibitoria. Bald. in l.vlt. num.pen. &
25 vlt. C. de ędilitijs actio. † actio enim redhibitoria habet locum tam in rebus immobilibus, quàm in rebus ſe
26 mouentibus.l.pen.C.eod. tit. Sed † vtrùm ſindici, officiales, ſeu adminiſtratores vniuerſitatum, qui vendunt bona publica, finito officio, & adminiſtratione teneātur de euictione? videtur quòd ſic, per tex. in l. procurator qui pro euictione. ff.de procurat. & per text. in l. 4. §. in eum.ff.de admin. rerum ad ciu. pertinen. Contrarium
27 eſt verius; nam † tutor non tenetur de euictione finito
28 officio, quia † officium aſſumit ex neceſſitate: eadem ra-
29 tione, nec † tales officiales, quorum officium eſt neceſſarium.toto tit. ff. de muner. & honor. & ſic non obſtat.l.
30 procurator. quia ibi loquitur in procuratore, † cuius officium eſt voluntarium. Nec obſtat text. in d. §. in eum, quia ibi pecunia fuit promiſſa animo nouandi, & principaliter ſe obligandi. ita dicit Bart. in d. §.in eum. De qua tamen materia vide pleniùs per Bar. in l.poſt mortem. ff.quando ex facto tutor.

De debitoribus vniuersitatum. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Debitores publici, an & quando possint conueniri.*
2 *Debitores publici possunt cogi ad soluendum ante tẽpus, si hoc concernat vtilitatem, & necessitatem publicam.*
3 *Plus petere dicitur, qui ante tempus petit.*
4 *Vtilitatis publicæ gratia multa introducta sunt, quæ aliàs adinuenta non fuissent.*
5 *Respublica reperitur aliquando magis priuilegiata, quam fiscus.*
6 *Fiscus regulariter est magis priuilegiatus, quàm respublica.*
7 *Fiscus non potest ante tempus agere contra suos debitores.*
8 *Debitor publicus non gaudet appellationis beneficio.*
9 *Appellationis beneficium regulariter nemini denegatur.*
10 *Vsura citra stipulationis vinculum non debentur.*
11 *Actio ex pacto nudo non oritur.*
12 *Vsuræ debentur ciuitatibus ipso iure, & nudo pacto.*
13 *Debitores publici possunt cogere vniuersitatem ad constituendum thesaurarium, cui possint soluere.*
14 *Thesaurarius, seu massarius ciuitatis, vel alterius vniuersitatis, si est debitor eiusdem reipublicæ, debet à se ipso exigere, aliàs tenetur, & punitur.*
15 *Debitor publicus, si pro solutione debiti alienauit Reipublicæ maiorem partem alicuius proprietatis, cogitur eidem alienare minorem.*

Fiscus

16 *Fiscus si habeat aliquam rem communem cum aliquo priuato, cogitur ille priuatus vendere fisco suam partem.*

17 *Vendere rem suam nemo cogitur; fallit vbi tractatur de vtilitate publica.*

18 *Debitores publici non possunt habere in ciuitatibus, vel alijs vniuersitatibus aliquem honorem, & dignitatem, nisi prius debita soluant.*

19 *Debitores publici qualiter liberentur.*

20 *Concilium ordinarium, seu ordo decurionum non potest publicos debitores dimittere, eosque gratis a solutione liberare.*

21 *Ciuitas vel alia vniuersitas an gaudeat beneficio, & priuilegio tacita hypotheca.*

22 *Ciuitates regulariter vtuntur iure priuatorum.*

23 *Ciuitas vel alia respublica est priuilegiata in actione personali.*

24 *Compensatio an possit reipublicae per debitorem publicum opponi.*

25 *Administrator publicus, si pecuniam publicam minus idoneo crediderit qualiter teneatur.*

1 NOtissimi iuris est, † debitores vniuersitatum si idonei sunt, & pecuniae publicae benè collocatae sint, in sortem inquietari non debere, maximè si ipsae pecuniae publicae pariant vsuras, si non pariant, prospicere reipublicae securitati iudex debet; dummodo non acerbum se exactorem, nec contumeliosum praebeat, sed moderatum, & cũ efficacia benignum, & cũ instantia humanum: nam inter insolentiam curiosam, & diligentiã non ambitiosam multùm interest. Ad eiusdem magistratus officium etiam pertinet ne pecuniae publicę credantur sine pignoribus, vel hypothecis. ita scriptum reliquit I.C. in l. si benè collocatae. ff. de vsur. l. 2. in princip. C. de debit. ciu. libro vndecimo. Quòd igitur dictum est, non inquietandos esse debitores publicos in sortem

id ita 2

id ita demum locum habet, si hoc publica necessitas nō
2 exigat: nam † propter necessitatem publicam vniuersitas potest cogere, & vrgere suos debitores ad soluendum, etiam ante tempus decursum, & solutioni fiendæ præfixum. Ias. in l. 10. num. 3. & 4. ff. de condict. indeb. licet enim
3 † qui præmaturè, & ante tempus petit plus petere videatur. §. plus autem. Instit. de actio. hoc tamen
4 locum non habet, vtilitatis publicę gratia; † multa enim iure ciuili contra strictam rationem disputandi pro vtilitate communi recepta esse innumerabilibus rebus probari potest. vt scribit. I.C. in l. ita vulneratus. §. vlt. ff. ad l. Aquil. l. si quis in graui. §. vtrum autem. vers. poterit propter hoc quod in commune vtile est. ff. ad S.C. Sylla-
5 nianum, & in hoc † Respublica est magis priuilegiata,
6 quàm fiscus, licet regulariter sit contrarium; quia † fiscus in iure est magis priuilegiatus, quàm respublica, l.
7 simile priuilegium. ff. ad municipales, & tamen † fiscus non potest ante tempus agere contra debitores, & si agat perdit actionem. l. 6. C. de iure fisci. Præterea in alijs est etiam priuilegiata respublica, respectu suorum
8 debitorum; quia † si constat aliquem esse debitorem publicum, ei appellationis beneficium denegatur; dicitur autem constare quando manifestè, & apertè conuictus est, etiam si non est confessus. Bald. in l. vlt. num. 1. & 2. C. quorum appellationes non recipiuntur. licet re-
9 gulariter † appellationis beneficium nemini debeat denegari. toto tit. ff. C. & ext. de appellationibus. Ad hæc,
10 licet † vsuræ citra vinculum stipulationis non debean-
11 tur, l. j. & 3. C. de vsur. & † ex pacto nudo non oriatur actio. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pactis, hoc tamen
12 non habet locum † in vniuersitatibus, quibus etiam ex nudo pacto, quinimo ipso iure debentur vsuræ creditarum ab eis pecuniarum. l. 11. ff. de vsur. l. etiam ex nudo.
13 ff. eod. tit. quibus vsuris, † ne ipsi debitores publici diutius quàm par est grauentur, possunt officio iudicis cogere vniuersitatem, vt constituat thesaurarium cui soluere possint. Ripa in l. j. §. si autem collegium. num. 9. ff.
14 ad S.C. Trebell quòd † si ipse thesaurarius, seu massarius vniuersitatis sit debitor eiusdem vniuersitatis debet à

bet à seipso exigere, aliàs tenetur, & punitur. Bald. in l. 70. num. 2. & 3. ff. de fideiussor. Quartum priuilegium
15 est, quia † si debitor publicus pro debiti solutione alienauerit ipsi reipublicæ maiorem partem alicuius proprietatis, cogitur eidem vniuersitati alienare minorem,
16 & reliquam partem. † Idem enim videmus esse in fisco. l. vnica. C. de vend. rerum fiscalium libro 10. Nam
17 † pro vtilitate publica cogitur quis vendere res suas. l. vlt. & ibi etiam Bart. num. 3. & 4. C. de debitorib. ciuit. lib. 11. §. sed & maior asperitas. Instit. de his, qui sunt sui vel alieni iuris, licet quis regulariter non cogatur vendere rem suam. l. inuitum. C. de contrahenda empt. & adeò sunt priuilegiatæ vniuersitates pro istis debitis pu-
18 blicis, & eorum solutione, vt huiusmodi † publici debitores nō possint in ipsis vniuersitatibus habere aliquem honorem, & dignitatem, nisi prius debita soluant. l. j. C. de debitorib. ciuit. lib. 11. l. 4. ff. de legatio. l. 6. §. debitores rerum publicarum, cum duob. §§. seq. ff. de muner. &
19 honor. † & ita liberentur cum decreto curiæ, seu iudicis. tex. est elegantiss. in l. 2. & ibi etiam Bart. C. de præd. decur. lib. 10. Bart. in l. vnica in princ. C. de solutionib. & liberat. lib. 11. vbi docet modum qualiter debitores publici debeant soluere, & reportare appocam de solu-
20 to. † Non enim potest ordo decurionum debitores publicos dimittere, eosque gratis à solutione liberare. l. ambitiosa, in principio. ff. de decretis ab ord. facien. l. 2. cum glo C. de decret. decurionum lib. 10. Licet autem respublica supradicta, & multa alia priuilegia habeat in bonis debitorum, & aliorum cum quibus cōtrahit; de quibus priuilegijs est glo. in l. vlt. in glo. vlt. C. de debit. ci-
21 uit. lib. 11. in iure tamen notissimum est, † nullam vniuersitatē excepta ciuitate Romana habere tacitam hypothecam in bonis debitorum, & aliorum cum quibus contrahit, nisi ex speciali priuilegio vel pacto. Regu-
22 lariter enim † ciuitates vtuntur iure priuatorum. l. 2. C. de iure reip. lib. 11. l. fin. & ibi etiam Bart. ff. ad municip. l. simile priuilegium. ff. eod. tit. gl. in rubr. C. de iure reip. lib. 11. glo. in l. vlt. in verbo obnoxijs. C. de debitorib. ciuit. glo. in l. 2. C. in quib. cau. pignus tacitè contrahatur.

tur: exceptis tamen quibusdam casibus, de quibus per Bartolus, in l.1. in princip. & num.1. C. de debit ciuit. libro 11.& quòd ciuitas, licet fiscum habeat, iure tamen, & priuilegio tacitæ hypothecę non gaudeat, tenet Marcus decis. 339.num.8. volum.1. de qua materia vide Ripam in l. priuilegia, num.29. & 30.ff. de priuileg. creditorum. Bald.in l.19.num.15.C.de sacrosan. Eccles. Ang. in l.2.C.de debitoribus ciuit.libro 11.Bartol.in Authen. vt exact. instrumenti dot. pri.& secun. in princ. num 4. glos. in l. vlt. in verbo, obnoxijs. C.de deb. ciuit. lib.11. Licet tamen respublica iure & beneficio tacitæ hypo-
23 thecæ non gaudeat, † est tamen priuilegiata in actione personali, quia omnibus creditoribus actionem personalem duntaxat habentibus præfertur ipsa respublica. l.bonis. § respublica.ff.de priuil.creditorum; sed si priuatus & respu.habeant expressam hypothecam præfertur priuatus reipublicæ, si priuatus habeat anteriorem hypotecam. l. 8.cum glo. vlt.ff. qui potiores in pign. ha-
24 beantur.l.4.& 3. C.qui potiores in pign.Sed † an debitor publicus possit obijcere reipublicæ cōpensationem quærunt Doctores nostri. Circa quam materiam dicendum est, quòd sic; nisi sit debitor ex causis positis in l.3. C.de compensatio.circa quam rem videre licet.l. 13.C. eo.tit.l.2. §.2.3. & 4.ff.de administratione rerum ad ci-
25 uit. pertinen. † Qualiter autem teneatur administrator vniuersitatis, qui pecuniam publicam minus idoneo credidit, tractat I. C. in l. vnica. C. de his, qui ex officio quod administra.conueniuntur.lib.11.vbi scribit hoc casu teneri duntaxat ad sortem, seu summam principalem quam credidit; non autem ad vsuras; & de hoc latiùs suo loco & tempore dicemus. Si quis autem plura desideret videre de debitoribus publicis, videat totum titulum Codicis.ne fiscus, vel respublica. tit. 18. lib.2.

De

De locatione rerum publicarum. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Communia communiter solent negligi.*
2 *Locatio rerum publicarum debet fieri de consensu totius ordinis decurionum, vel saltem maioris partis.*
3 *Locatio rerum publicarum quando fit debet praestari per conductorem fideiussor.*
4 *Administratores publici tenentur reipublicae, si locauerunt publicas res, nulla exacta cautione à conductoribus.*
5 *Fideiussores conductorum publicarum rerum tenentur vniuersitati, etiam in vsuris, nisi aliud sit expressum.*
6 *Locatio rerum publicarum ad hoc vt valeat requiritur, vt in ea interueniat subhastatio, sicut requiritur in venditione.*
7 *Locatio perfecta, non potest rescindi praetextu maioris pensionis per alium oblata in locatione rerum publicarum.*
8 *Locatio rerum publicarum facta ad certum tempus extinguitur finito tempore.*
9 *Locatione rerum publicarum finita, praefertur primus conductor, si tantum offert quantum nouus.*
10 *Locatio rerum publicarum quando fit debent seruari omnia pacta inita, circa remissionem pensionis propter sterilitatem.*
11 *Locatio rerum publicarum, etiam ad modicum tempus facta, transfert vtile ius in conductorem.*
12 *Administratores publici locantes publicas res an finito officio, seu administratione teneantur de euictione.*

Que-

1 Voniam † ea, quæ sunt communia, communiter solent negligi. l. 2. C. quando, & quibus quar. pars. lib. 10. Idcirco solent administratores publici prędia, & alia iura communitatum locare, vt ex eorum redditibus possint publicis necessitatibus, muneribusque subuenire, publicaque negotia expedire iuxta l. 2. C. de prædijs decu. libro 10. Sciendum est ita-
2 que † cum prædia, & alia bona, iuraque vniuersitatum locantur, id fieri debere debere de consensu totius or-
3 dinis decurionum; vel saltem maioris partis, & † conductores huiusmodi rerum publicarum debere præstare fideiussorem idoneum ipsi vniuersitati, qui se obliget si quid damni in ipsis rebus conductis euenerit culpa ipsius conductoris, & etiam de pensionibus statutis temporibus soluendus text. est de hoc elegantissimus in d. l. 2. vbi etiam Bald. num. 2. & 3. C. de præd. decur. sine decreto non alien. lib. 10. Locationes igitur rerum publicarum debent fieri per administratores publicos, exacta cautione à conductoribus, l. 4. §. j. cum l. vlt. §. 3. ff. de ad-
4 ministratione rerum ad ciuit. pertinen. aliàs † tenentur ipsi administratores reipublicæ si conductores non sunt soluendo; & hoc solum pro tempore expresso in locatione, non de tempore, quo tacita fit reconductio. d. l. 4.
5 §. 1. qui quidem † fideiussores eorum, qui conduxerunt res publicas tenentur etiam vniuersitati, in vsuris, nisi aliud expressum sit. l. 2. §. conductorem, cum §. qui fideiusserunt. ff. de administratione rerum ad ciuitatem per-
6 tinentium. Præterea ad hoc, † vt locatio rerum vniuersitatum valeat, requiritur vt in ea interueniat subhastatio, quæ sicut requiritur in venditione, ita & in locatione perpetua fundorum publicorum; qua præce-
7 dente † non poterit locatio perfecta rescindi, prætextu augmentatæ, & additæ per alium offerentem pensionis, l. 2. & ibi etiam glos. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. l. 3. C. de locatione prædiorum ciuilium lib. 11. l. 2. & vlt. C. eod. tit. Rolandus consil. 99. num. 20. volum. 1. textus est de hoc in l. 21. §. vlt. ff. ad municip. Illud autem scien-
8 dum est, † locationem rerum publicarum factam ad

certum

certum tempus finiri, & extingui finito tempore, neque vltra tempus expressum in locatione teneri conductores, neque eorum fideiussores, licet publicæ res tantidem locari non possint. l. 3. §. cum quinquennium. ff. de
9 iure fisci. † si tamen finita locatione, conductor primus offert tantum quantum nouus, in locatione præfertur primus conductor. l. 4. C. de locatione præd. ciuil. lib. 11.
10 † pactaque inita circa remissione pensionis propter sterilitatem in locatione rerum publicarum sunt seruanda. l. 2. §. vlt. ff de admistratione rerum ad ciu. pertinen.
11 & † conductores huiusmodi rerum publicarum, etiam ad modicum tempus, statim habent vtile ius, & ea omnia possunt facere, quæ potest ipsa vniuersitas. Iaf. in l. in prouinciali. §. si ego superficiarius, num. vlt. ff. de o-
12 per. noui nunc. Sed vtrum isti † publici administratores, qui locant res vniuersitatum finito officio, seu administratione teneantur de euictione? tex. in d. l. 4. §. in eum. ff de administratione rerum ad ciuit. pertinentium, videtur suadere quòd sic; videmus enim eodem modo procuratorem finito officio teneri de euictione. l. procurator qui pro euictione. ff. de procur. Contrarium tamen est verius. nam tutor non tenetur de euictione, finito officio; quia officium assumit ex necessitate: eadem ratione nec huiusmodi administratores, quorum officiũ est necessarium. toto tit. ff. de muner. & honor. & sic non obstat d. l. procurator, quia illa loquitur de procuratore cuius officium est voluntarium, nos autem loquimur de administratoribus publicis quorum officium est necessarium. multum enim interest inter officium voluntarium, & necessarium. textus est de hoc elegantissimus. in l. 2. C. de his, qui accus. non possunt. Nec obstat tex. in d. §. in eum, quia ibi fuit promissa pecunia animo nouandi per administratorem, & se principaliter obligandi. ita dicit glo. & Bart. in d. §. in eum. De qua materia vide plenius per Bartol. in l. [illegible] mortem. ff. quando ex facto tut.

De

De vectigalibus, quæ ab vniuersitatibus instituuntur. Cap. VIII.

SVMMARIVM.


1 *Vniuersitas an, & quando possit noua vectigalia imponere.*

2 *Vectigalium generalis impositio est de regalibus principis.*

3 *Regalia principis quanto tempore præscribantur.*

4 *Vectigalium publicorum conductor, vel emptor non potest ab emptione vel conductione repelli, si pretium statuto tempore soluit.*

5 *Vectigalium publicorum conductores habent eadem priuilegia, quæ habet ipsamet vniuersitas.*



Via plerunque vniuersitates nulla habent bona, quæ possint alienare, vel locare, vel nullos debitores, quos possint ad solutioné vrgere, vt inde possint pecuniam in vsus publicos erogare; idcirco coguntur deuenire ad vectigalium, & collectarum impositionem, de quibus dispiciamus. Communis igitur est Doctorum
1 sententia, † vniuersitates recognoscentes superiorem noua vectigalia imponere non posse, inconsulto ipso su-
2 periore; quia talis † impositio generalis vectigalium est de regalibus principis, & de maximo imperio; necnon de reseruatis principi insignum supremæ potestatis, &
3 ob id † inferioribus à principe ad acquirendum consuetudinem inducendi pedagia, requiritur tantum tempus, cuius initij memoria non extet in contrarium. Ias. in l. de quibus, num. 45. 46. 47. ff. de legib. vide de hoc. l. 13. iun. & glo. in verbo exerceri. ff de policitationibus: cum consensu tamen ipsius principis manifestum est posse ipsas vniuersitates, vel earum consilium, seu ordinem decurionum nouas gabellas imponere. Diuersum tamen est in vniuersitatibus nó recognoscentibus superiorem,

quia illę possunt noua vectigalia imponere; habent enim imperium, & obtinent vicem principis. L. 2. 3. & toto tit. C. vectigalia noua institui nō posse Bart. in l. ambitiosa. num. 15. ff. de decret. ab ord. faciendis. Ripa in l. 4. num. 29. ff. de re iudicata. Sed, quia vniuersitates solent vt plurimum locare vel vendere fructus, seu reditus huius modi vectigalium, & gabellarum; illud sciendum est, 4 quòd † postquam respublica vendidit vel locauit alicui fructus, & prouentus huiusmodi vectigalium, non posse ipsa vectigalia ab emptore, vel conductore auferri, si emptor vel conductor soluit pretium statuto tempore, l. 1. & ibi etiam Bart. C. de administratione rerum publicarum lib. 11. l. quod semel. ff. de decret. ab ord. facien. facit. l. Cæsar. ff. de publicanis. Et isti † ementes, seu con- 5 ducentes à republica huiusmodi vectigalia, gabellas, & dacia soluenda à priuatis, possunt capere res non soluentium, pro quibus debebat solui, & & ipsas ponere sub hasta, sicut posset ipsa vniuersitas. Castren. in l. 54. num. 2. ff. de act. empt.

De collectis, quæ ab vniuersitatibus imponuntur. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Collectam potest qualibet vniuersitas imponere pro are alieno soluendo, alijsque necessarijs publicis negotijs expediendis, etiam inconsulto superiore.*

2 *Collectarum impositio regulariter est de regalibus principis.*

3 *Collectam imponere, quibus in casibus non possit vniuersitas sine expressa licentia superioris.*

4 *Collectam imponere tàm ex causa necessaria, quàm voluntaria potest vniuersitas superiorem non recognoscens.*

5 *Collectam imponere ita demum vniuersitas potest, si nulla habeat bona.*

6 Collectam imponere nedum potest vniuersitas vbi nulla habet bona, sed etiam cogitur officio iudicis ad imponendam collectam.

7 Bona particularium non possunt capi pro debito vniuersitatis.

8 Solutio particularis multa affert incommoda, & dispendia.

9 Executio pro debito vniuersitatis, qualiter, & quo ordine fieri debeat.

10 Collecta qualiter imponi debeat per vniuersitatem.

11 Collecta impositio debet fieri per vniuersitatem cum consensu omnium, de quorum praeiudicio, & interesse tractatur, vel saltem cum consensu maioris partis eorum.

12 Collecta impositio facta per vniuersitatem, debet notificari populis, & omnibus possessoribus, vt praeparent se ad soluendum.

13 Incerta, & inopinata plerunque turbant populos, & actus impediunt.

14 Collecta imponi debent per vniuersitatem aequaliter.

15 Collectarum liber, seu impositio debet cuilibet petenti edi.

16 Collecta vtrum imponantur ab vniuersitatibus pro facultate patrimonij & modo substantiae cuiusque, idest, vt vulgò dicitur, per solidum & libram, an verò per capita.

17 Collecta in dubio imponitur personis pro viribus patrimonij.

18 Collecta naturaliter sunt onera rerum, seu patrimonij, sed formaliter sunt onera personarum subiectarum.

19 Forma & materia faciunt vnum totum.

20 Collecta quando imponitur per vniuersitatem pro soluenda condemnatione sequuta pro delicto, vel quasi delicto, qui nam teneantur contribuere in solutio-

solutione dicta collecta.

22 *Collecta quando imponitur per ciuitatem, castra, villa, & alia terra adiacentes ciuitati soluunt collectam cum ipsa ciuitate.*

23 *Collectam impositam ab aliqua vniuersitate, non soluant pauperes personæ, & an alij teneantur pro ipsis soluere.*

24 *Vniuersitas si aliquos immunes, & exemptos faciat à solutione collectarum, an hoc debeat accrescere alijs, an verò defalcari, & diminui debeat illa pars, quæ spectabat ad huiusmodi exemptos.*

25 *Collecta si est imposita per vniuersitatem pro debito iam contracto, an venientes de nouo ad habitandum in illa vniuersitate teneantur contribuere in solutione collectæ.*

26 *Collecta si sit imposita ab vniuersitate an recedentes ab ipsa vniuersitate teneantur concurrere in solutione huiusmodi collectæ.*

27 *Collecta an possit per vniuersitatem imponi subditis pro bonis existentibus extra territorium ipsius vniuersitatis.*

28 *Collecta an possit per vniuersitatem imponi forensibus pro bonis, quæ habent in territorio eiusdem vniuersitatis.*

29 *Collecta imposita ab vniuersitate an habeant executionem paratam.*

30 *Collectarum exactores habent eadem priuilegia, & eodem modo possunt procedere contra debitores particulares quemadmodũ potest ipsamet vniuersitas.*

1 
Niuersitatem † posse imponere collectam pro ære alieno soluendo, alijsque necessarijs negotijs publicis expediendis, etiam inconsulto principe & superiore, satis in iure notum & manifestum est. l. prima. §. vlt. & ibi glo. in verbo, proconsul, in fine. ff. quod cu-

iusque vniuer. nom Specul. in tit. de execut. sentent. §.sequitur. vers. quid si vniuersitas. Bart. in l.13. num. vlt. ff. de alimen. & cibarijs lega. l. omnes. C. de oper. publicis. Bart. consil. 180. num. 1. & 2. volum. 1. Ludouicus decis. 43. num. 1. 2. 3. & 4. vbi scribit vniuersitates, & quælibet alia collegia simplicia, & approbata posse, necessitate publica ipsarum communitatum sic exigente, imponere collectas, inconsulto principe; licet alias regu-
2 lariter † ius indicendi collectas spectet ad supremos principes, & sit de regalibus ipsius principis. Marcus decis. 780. num. 10. volum. 1. & decis. 803. num. 1. 2. & vlt. volum. 1. & decis. 489. num. 4. 5. 6. cum seq. volum. 1.
3 Alexand. consil. 78. num. 4. volum. 6. secus tamen est † si vniuersitas ex causa voluntaria, vel propter publicam vtilitatem & necessitatem totius patriæ, imperij, dominij, seu status vellet collectam imponere, hoc enim non potest sine expressa licentia principis & superioris; puta si vellet donare alicui. Angel. in l. vnica. num. 12. C. de mulieribus, & in quo loco, lib. 11. & in l. vnica. num. 2. C. de superindicto. lib. 11. l. j. C. de superindicto. l. placet. C. de excusa. muner. lib. 11. Thesaurus decis. 149. per totam, & decis. 257. num. 1. & 4. Et supradicta procedunt, nisi in contrarium vigeat consuetudo, vt scilicet vniuersitas nulla ex causa possit inconsulto principe collectam imponere: hoc enim casu lex municipalis seruanda est. Boerius decis. 60. num. 5. 6. 7. 8. Alexand. in l. 4. num. 13. ff. de re iudicata, & ibidem Ripa, num. 28. & 29. Nulla igitur consuetudine in contrarium existente, potest vniuersitas sibi ipsi pro necessitatibus ipsiusmet vniuersitatis collectam inconsulto principe imponere; sed vbi pro donando principi, & alicui alteri personæ, vel pro vtilitate publica totius imperij collecta imponitur; Tunc non potest vniuersitas sibi ipsi eam imponere, sed ad superiorem spectat concedere eidem licentiam imponendi. Marcus dicta decis. 489. num. 4. 5. 6. cum sequen. volum. 1. Ludouicus decis. 43. num. 9. & 10. Bart. in l. j. §. quòd si nemo, num. 3. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Prædicta autem procedunt in vniuersitatibus, quæ recognoscunt superiorem; sed si

essent

4 essent † vniuersitates liberæ, & quæ non recognoscunt superiorem possunt imponere collectas ad libitum, tàm ex causa necessaria, quàm ex voluntaria, cum: principis locum teneant. Angel. in l. vnica, num. 12. in fine. C. de mulieribus, & in quo loco, lib. 11. Præterea ea, quæ
5 supra diximus † vniuersitatem scilicet pro necessitatibus sibi occurrentibus posse collectam imponere, ita demum procedunt, & locum sibi vendicant, si vniuersitas nulla habeat bona, nec bursam communem: hoc enim casu pro debitis soluendis, aliisque rebus, & negotijs publicis peragendis nedum potest imponere col-
6 lectam, sed † iudicis officio potest cogi ipsa vniuersitas ad imponendum collectam, quæ si nolit hoc facere, vel eius administratores, iudex ipse poterit collectam imponere, vocatis tamen ipsis de vniuersitate, l. finali, C. de muner. patrim. libro 10. vt sic vniuersitas aliquid habeat in communi; nam qui potest facere vt possit, non dicitur non posse facere, l. qui potest. ff. de regulis iuris glosa in l. prima §. vlt. in verbo, proconsul, in fi.
7 ff. quod cuiusque vniuers. nom. † Non enim pro debito vniuersitatis potest fieri executio contra particulares; & hoc in fauorem, & gratiam tàm ipsorum particularium, quos grauari iustum non est pro debito vniuersitatis; & sic facto alieno, quàm in fauorem creditoris ipsius vniuersitatis, qui non cogitur recipere solutionem particularem à singulis de vniuersitate pro rata; quia hoc ei esset nimis dispendiosum, & dam-
8 nosum: nam † particularis solutio multa affert incommoda. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. cogitur ergo imponere collectam, quando nulla bona in communi habet, secus si habeat bona in communi, seu archam commu-
9 nem. Hoc enim casu † pro solutione æris alieni, & alijs rebus publicis necessarijs, in primis, & ante omnia debet excuti bursa communis; deinde bona mobilia, immobilia, & nomina debitorum distrahi debent, antequam deueniatur ad bursam singularium personarum: quibus cessantibus vniuersitas potest, imò cogitur imponere collectam. Bartol. in l. 4. §. actor. num. 1. & 6. ff. de re iud. glos. & ibi etiam Bartol. in l. prima §.

quod si nemo . ff. quod cuiusque vniuers. nom. Borgn.
decis.68.num.1. 2. 3. & 4. fol. 533. Ludouicus decis. 43.
num.11.Marcus decis.803.num.12.& vlt. vol. 1. & decis.
489.num.4.cum plurib.seq. vol.1.& num.19 & num.vlt.
Boer.decis.60.nu.5.cum plurib. sequen. Alexand. in l.4.
num.13.& ibidem Ripa num.28.& 29. ff.de re iudicata,
& num.26.& 27.Castren.ibid.num. 3. Bal.in l. 27. num.
10.ff.si cert.petat.& in l.j.§.quòd si nemo,num.3. & 4. ff.
quod cuiusque vniuer.nom.& in l.5.num. 13. in fine. C.
qui bonis cedere poss. Vidimus hactenus an,& quando
vniuersitas possit,imò cogatur imponere collectam,nũc
10 dispiciamus † qualiter huiusmodi impositio fieri debeat
11 per ipsam vniuersitatem. † Vniuersitas igitur,quando
vult imponere collectam pro soluendo ære alieno,expe
diendisque alijs publicis negotijs, debent citari omnes
de vniuersitate,de quorum præiudicio, & interesse tra-
ctatur,& consensu omnium imponi,& fieri; nec sufficе-
ret consensus maioris partis; & debent citari, & vocari
domini possessionũ, seu possessores ipsarũ proprietatũ,
12 etiamsi essent exempti, & † facta impositione collectæ,
debet ipsa impositio notificari populis, & omnibus pos
sessoribus, vt preparent se ad soluẽdum,ne ex abrupto,
& ex improuiso grauẽtur sumptibus executionum.tex.
est pulcherrimus in l.vlt.C.de indictio. lib. 10. & in Au-
13 then.de collat.in prin.plerunque enim † in certa & ino-
pinata turbant populos, & actus impediunt.l.4.§.ante-
14 quam.in fine.ff.de officio proconsulis:& † impositio hu-
15 iusmodi collectarũ debet fieri æqualiter;& † liber col-
lectarum,seu impositio debet cuilibet petendi edi, &
ostendi, vt possit cognosci an vnus sit magis grauatus
quàm alter. Borgn.decis.68.nu.4. cum pluribus sequen.
fol.533.Ludouicus decis.43.num.7.& 8. l.fin. C. de mu-
ner.patrim.lib.10.Bald. in l.5.num.13.in fi. C. qui bonis
16 cedere poss. Sed † qualiter huiusmodi collectæ impo-
nãtur ab vniuersitatibus, vtrum scilicet per solidum &
liberam,vt vulgò dicitur,idest pro facultate patrimonij,
& modo substantiæ cuiusque, an verò per capita perso-
narum,hoc est pro virili parte;quærũt Doctores nostri.
Innocentius in cap.graue.ext.de sent.excom.videtur te
nere

nere huiusmodi collectarum impositionem fieri debere ab vniuersitatibus per solidum & libram. Bart. autem in l. 4. §. actor. num. 2. ff. de re iudicata. in ea residet opinione, vt sit inspicienda causa, quare facta est condemnatio, seu contracta obligatio; si enim vniuersitas condemnata est vel obligata ex contractu mutui, emptionis, vel huiusmodi, & mutuum fuit acceptum pro causa, quæ respicit onus vniuersitatis pro virib. patrimonij. l. omnes. C. de oper. publicis, hoc casu imponetur per solidum & libram; & idem dicendum est si aliquid fuit acceptam mutuo, vel aliquid est emptum pro expediendo aliquo munere patrimoniali, vel mixto; si verò pro exediendo aliquo munere personali, vt puta, ex forma statuti quilibet debet ire ad exercitum, vel ad quid aliud, tunc si deuentum est ad compositionem, quod soluant aliquid, & nõ vadant, tunc imponetur ista collecta per capita: sicut enim pro ea pecunia, quam soluerunt senserunt releuamentum per capita; ita per capita soluãt: si verò debebant subire illud onus per fumantes, quia omnes habitantes in vna familia habebantur pro vno fumante, eadẽ ratio habebitur in impositione collectæ, scilicet per
17 capita. in dubio tamen, vbi hoc non liqueret, † collectæ imponitur personis, pro viribus patrimonij. l. rescripto. in fine. ff. de muner. & honor. Bar. in d. §. actor. num. 2. 3.
18 4. & 5. Borgn. decis. 68. fol. 533. in addit. num. 3. † collectæ enim naturaliter sunt onera rerũ, seu patrimonij; sed formaliter sunt onera personarum subiectarũ, quia
19 inducuntur personis; & quia † forma, & materia faciunt vnum totum; ideo dicitur munera mixta. d. l. rescripto. §. fina. Bald. in l. 5. num. 3. & 4. C. qui bonis cedere poss.
20 Sed quid si aliqua † vniuersitas est condemnata pro delicto, vel quasi delicto, puta pro soluenda æstimatione damni dati in territorio, qualiter hoc casu imponetur collecta? vtrum per capita, an verò pro modo substantiæ? Et videtur imponendam fore per capita; quia vniuscuiusque par est delictum, ergo eadem pœna debet esse. l. si quemquam. C. de epis. & cler. Contrarium tamẽ est verius, scilicet locum esse impositioni collectæ pro modo substantiæ, & quantitate patrimonij cuiusque. facit l. 1.

C. de muner. patr. lib. 10. & l. vlt. C. de naufrag. lib. 11. Barto. in l. 7. num. 5. ff. de incendio, ruina, naufr. & in l. 4. §. actor. num. 5. ff. de re iud. & in l. aut facta. §. nonnunquam. num. 8. & vlt. ff. de poenis, vbi etiam dicit vnum
21 notatu dignum circa hanc materiam, s. quod † quando vniuersitas condemnatur pro aliquo delicto ab ipsa vniuersitate commisso, illi qui non deliquerunt non debent contribuere, de iure, in solutione collectę pro hac causa impositæ, & dicit Bart. ibi, se hoc vidisse in quadam sententia Imperatoris Henrici, quinimo pro soluenda condemnatione secuta pro delicto, vel quasi delicto, per ipsam vniuersitatem cōmisso, non debent in solutione collectæ, pro hoc facto impositæ, contribuere, de iure communi, minores viginti annis, mulieres, clerici, senes, infirmi, & absentes, sed solū alij de vniuersitate habiles, & præsentes tempore delicti, vel quasi delicti commissi, latè Borgn. decis. 68. num. 12. & 13. fol. 533. & vbi vniuersitas imponit collectam pro quasi delicto per ipsam commisso, puta pro soluenda æstimatione, seu emendatione damni dati in eius territorio, certè si is, qui damnū passus est, sit de eadem vniuersitate, contribuet etiā ipse ad solutionem collectæ, pro sua rata parte; & idem generaliter dicendum est in quolibet creditore reipublicæ: si enim vniuersitas pro soluēda pecunia, quam debet vni ex eadem vniuersitate imponat collectam, certè iste creditor pro collecta, quæ imponitur, contribuere tenetur, & sic deducta sua parte, soluitur sibi debitum. Castren. in l. 107. §. si Titio ita legatum fuerit. num. 2. & 5. ff. de legat. 1. Bal. in l. j. in 2. lect. num. vlt. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Si quis autem circa hanc quæstionem, vtrum collecta imposita per vniuersitatem solui debeat, per capita, vel pro modo substantiæ, & quātitate patrimonij, velit plura videre, consulat Alex. in l. 4. num. 15. ff. de re iud. Ripam ibidem num. 30. cum plurib. seq. Bal. in l. 27. num. 12. ff. si cert. pet. & in l. 5. num. 17. C. de execut. rei iud. & num. vlt. & in l. 1. num. 3. C. de apoch. pub. lib. 10. Marcum decis. 803. num. 4 volu. 1. & decis. 489. num. 10. vol. 1. Bald. in l. j. §. quod si nemo num. 3. & 4. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Cæterùm illud sciendum est, quòd

quando

22 † quando ciuitas, vel alia vniuersitas imponit collectā, non solùm ipsa ciuitas tenetur concurrere, & contribuere in solutione huiusmodi collectæ, sed etiā castra, villæ, & aliæ terræ adiacētes ciuitati, eiusque iurisdictioni suppositæ, & subiectæ, quæ vnà cū ipsa ciuitate soluunt collectam, & ius ciuitatis sequuntur. textus est cum glo. in Auth. quomodo natur. efficiuntur sui. §. si quis igitur ex qualibet. in verbo, persoluit. col. 7. l. forma. ff. de cēsi. l. qui ex vico. ff. ad municip. Bart. in §. j. nu. 6. Auth. qui-
23 bus modis natu. effi. sui. † Exceptis tamen pauperibus, quorum industria est necessaria ad alimenta, & eorum victum, qui non debent concurrere in onere impositæ collectæ. Ias. in l. 34. num. 13. ff. de pactis. Marcus decis. 489. num. 9. vol. 1. & decis. 490. num. 6. & 7. vol. 1. Alex. in l. 4. num. 17. ff. de re iudic. Bald. in l. 5. num. 17. C. de execut. rei iudic. Sed an hoc casu, quādo scilicet sunt aliqui, qui propter paupertatem non possunt soluere collectam, an alij teneantur pro ipsis, qui non possunt soluere? Certè sic, tenebuntur per solidum & libram. l. 1. C. de omni agro deserto lib. 11. Bart. in l. 4. §. actor. num. 8. ff. de re iudic. Ias. remissiuè in l. 33. num. 14. ff. de pact. Alexan. in d. l. 4. num. 19. ff. de re iudic. Marcus decis. 803. num. 3.
24 vol. 1. & decis. 489. num. 8. vol. 1. Diuersum tamen est † si vniuersitas pro necessitatibus propriis occurrētib. imponat collectam, & facta impositione eadē vniuersitas faciat aliquos immunes, & exemptos à solutione collectæ; hoc enim casu non est æquum alios illudere titulo, & materiæ de iure accrescendi; debet enim in solutione defalcari, & diminui illa pars, quæ spectabat ad istos factos exemptos, nec debet alijs accrescere, cùm non sit æquum alios de vniuersitate ad integram solutionē cōstringi; nam priuilegium, & immunitas vni concessa, nō debet in damnum aliorum redundare, maximè cùm beneficia, & priuilegia sint interpretanda cōtra ipsum cōcedentem; & hæc opinio est communis, & magis benigna, & æqua; De qua materia vide Ias. in l. 33. num. 9. 10. 11. & 12. ff. de pact. Marcum decis. 490. per tot. vol. 1. Bald. in l. 5. num. 17. C. de execut. rei iud. & in l. 1. in 2. lectu. num. 4. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Eodem modo

† non

25 † non tenentur contribuere in solutione collectæ de nouo venientes ad habitandum in illa ciuitate, vel loco in quo imposita est collecta, si debitum iam erat contra-
26 ctum. Sed † quid de recedentibus ab ipsa vniuersitate? Dic quod tenentur, si debitum iam erat contractũ; aliàs non. Bald. in l. 1. in 2. lect. num. vlt. ff. quod cuiusque vniuers. nom. & in l. 1. §. quòd si nemo. num. 4. in fine. & nu. 5.
27 ff. eod. Sed † an vniuersitas possit collectam imponere subditis pro bonis, & ratione bonorum extra territoriũ ipsius vniuersitatis existentium, vide Alex. cons. 78 nu. 1. vol. 6. & cons. 68. per tot. volum. 2. Et quid è contrario
28 † an vniuersitas possit collectam imponere forensibus, pro bonis quæ habent in territorio ipsius vniuersitatis, quæ collectam imponit? dic quod sic, ex communi consuetudine, non solùm totius nostræ Pedemontanæ patriæ, sed etiam totius Italiæ. Thes. decis. 149. per tot. & decis. 257. num. 1.

Vidimus hactenus, an quando, & qualiter vniuersitas possit collectam imponere, & qui debeant concurrere, & contribuere in ipsius solutione. Nunc restat, vt aliquid breuiter dicamus de modo, & ordine quo exigi debent huiusmodi collectæ per vniuersitatem impositæ.
29 Quærunt igitur Doctores nostri, nunquid † collectę impositæ ab vniuersitate habeant executionem paratã? Ozasc. decis. 86. per tot. disputat hunc articulum, & finaliter distinguit hoc modo, aut dubitatur an aliquis sit debitor, & tunc impositio collectarum non habet executionem, pendente lite, sed procedendum est causa cognita; & ita intelligi debet tex. in §. non aliter. Auth. de collat. l. 2. C. de offic. ciu. iud. l. prohibitum. C. de iure fisci lib. 10. aut constat ipsum esse debitorem, puta quia descriptus est in æstimo, & non docet de solutione, vel alia causa legitima, tunc fiet executio celeriter. l. publicas. C. de ferijs. l. missi opinatores. l. fin. C. de exact. tribũ. lib. 10. Et prædicta, videlicet, vt non compellatur ad solutioné collectarum, si legitimè se defendat, & causas grauaminis alleget, locum habere debent, vbi agitur de collectis impositis occasione onerum præteritorum, quibus non potest dici quod immineat damnum publicum, secus si

occa-

occasione onerum futurorum; quemadmodum etiam dicitur de transactione alimentorum futurorum & præteritorum, iuxta l. 8. C. de transact. & hanc distinctionē dicit ibi Ozasc. sequutum fuisse Senatum. Sed quia, vt plurimum, vniuersitates remittunt alicui priuato exactionem huiusmodi collectarum, & talearum, qui exactor se obligat ad soluendum pecuniam vniuersitati, & ipse exigit à priuatis, & particularibus personis, & hoc fit, vt citius ipsa vniuersitas habeat pecuniam, quam possit, in vsus, & necessitates publicas erogare: idcirco
30 sciendum est, quòd isti † exactores, contra ipsos particulares nō soluentes, possunt procedere eodem modo, quo posset ipsamet vniuersitas, & sic poterunt capere eorum bona, & vendere; quæ venditiones habent illa priuilegia, quæ habent venditiones factæ à fisco, seu ab ipsamet vniuersitate, & eodem modo etiam, de iure communi, poterunt facere detrudi debitores in carcerem, & ea omnia facere, quæ potest ipsa respublica. Castren. in l. 54. num. 3. & 4. ff. de actio. empt. Bald. in l. 1. num. 4. in 2. lectu. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Si quis velit plura videre, circa hanc materiam collectarum, quæ ab vniuersitatibus imponuntur, videat Aegid. de Tomatis in suo tracta. de collectis.

De immunitatibus, quæ ab vniuersitatibus conceduntur. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas à collectis, & alijs oneribus, an possit per vniuersitatem particularibus personis concedi.*

2 *Immunitatis decreta, & rescripta censentur esse ambitiosa, & contra vtilitatem publicam, & ideò non valent.*

3 *Tutor, & curator non possunt rem pupillorum, & minorum donare, neque debitum liquidum remittere.*

4 *Immunitatis concessio est species donationis.*

5 *Vni-*

5 Vniuersitas minoribus, & pupillis aequiparatur.

6 Ordo decurionum, seu concilium ordinarium alicuius ciuitatis, vel alterius vniuersitatis, potest ex iuris communis dispositione concedere immunitatem ab oneribus, Doctoribus & Medicis.

7 Immunitatis decreta facta ab vniuersitate an sint ipso iure nulla, an verò valeant, sed possint, & debeant rescindi.

8 Ordo decurionum, seu consilium ordinarium vniuersitatis potest, ex iuris communis dispositione, concedere immunitatem ab oneribus, personis grauibus, & in dignitate constitutis.

9 Immunitas, ex causa remunerationis, & propter benemerita, potest concedi per ordinem decurionum.

10 Donatio remuneratoria potest fieri per ordinationem decurionum.

11 Donatio remuneratoria multa habet priuilegia, & multa ex causa remunerationis à iure permittuntur quae alias non concederentur.

12 Immunitas quando per vniuersitatem conceditur alicui personae particulari, ob eius benemerita, an stetur assertioni ipsius vniuersitatis seu decurionum, circa benemerita, an verò alio modo probari debeāt, quam per simplicem assertionem ipsorum decurionum.

13 Immunitas ab oneribus potest particularibus personis concedi per ordinem decurionum, quando scilicet ex titit in possessione. seu quasi à tanto tempore, citrà cuiusinitij non est memoria in contrarium concedendi huiusmodi immunitates.

14 Possessio longissima habet vim priuilegij.

15 Immunitas nulliter per vniuersitatem concessa an possit per principem confirmari, & approbari.

16 Immunitas ab oneribus potest per principē, vel alium superiorem concedi.

17 Ver-

17 *Verborum geminatio arguit, et ostendit enixam volun tatem, & actus qui geritur validitatem.*
18 *Confirmari nequit, quod nullum est, confirmatio enim praexistentiam iuris quaesiti praesupponit.*
19 *Paria sunt aliquid non fieri, & perperam, seu nulliter fieri.*
20 *Qualitates non entis nullae sunt.*
21 *Priuilegia etiam inualida, si sint ex certa scientia principis confirmata valent.*
22 *Immunitas concessa per vniuersitatem qualiter intelligatur concessa, & ad quae onera extendatur, & porrigatur.*
23 *Immunitas à muneribus simpliciter concessa, comprehendit duntaxat munera personalia, & non patrimonialia, nisi aliter sit expressum.*
24 *Immunitas à muneribus simpliciter concessa, non comprahendit, nec intelligitur concessa ab oneribus, nisi sit dictum.*
25 *Immunitas simpliciter concessa ab oneribus, intelligitur duntaxat de extraordinarijs, nec comprahenduntur ordinaria, nisi sit expressum.*
26 *Immunitas simpliciter concessa à muneribus, non porrigitur ad honores nisi fuerit expressum.*
27 *Immunitas ab vniuersitate concessa, an trahatur, & extendatur ad onera militaria.*
28 *Onera militaria nullus, quouis priuilegio suffultus potest detrectare.*
29 *Vtilitas publica est cuilibet priuilegio praeferenda.*
30 *Priuilegium generaliter concessum, non includit casum publicae vtilitatis contrarium; & si includeret, non valeret.*
31 *Immunitas concessa ab vniuersitate, quando extendatur ad onera bellica, & militaria.*
32 *Immunitas concessa per vniuersitatem particulari-bus*

bus personis, an & quando possit per ipsam vniuersitatem reuocari.

33 *Immunitas concessa per vniuersitatem, & confirmata à Principe, an possit per ipsam vniuersitatem reuocari.*



Idimus superius de collectis, quæ ab vniuersitatibus imponuntur, sed quia communitates sæpe concedunt immunitatem particularibus personis ab huiusmodi oneribus, & collectis, ideo dispiciamus de istis immunitatibus, quæ ab vniuersitatibus conceduntur. Quærunt igitur Doctores
1 nostri † an vniuersitates possint immunitatem à collectis, & alijs oneribus concedere particularibus personis: quâ in re dicunt vniuersitatem, seu eius concilium ordinarium non posse regulariter concedere immunitates à collectis, & aliis oneribus, singularibus, & particularibus personis; sed hanc potestatem, & auctoritatem resi dere penes concilium generale, seu congregationem to tius populi per capita domorum, in sui tamen præiudicium, non autem superioris, cùm hoc non sit de specia liter reseruatis principi. l. 1. & 2. C. de decr. decur. super immunit. lib. 10 l. ambitiosa. ff. de decr. ab ordine facien l. vacuatis. C. de decur. lib. 10. l. 2. & ibi etiam Bart. num. 2. 3. & 4. ff. de iure immunit. Oza s. decis. 95. num. 18. cum pluribus seq. l. immunitates, & ibidem glos. & Barto. C. de agricolis, & cens. lib. 11. l. 1. C. de immunit. nemini conced. lib. 10. Alex. cons. 101. num. 7. & per totum, vol. 1. & cons. 148. num. 8. 9. & 10. volu 6. & ratio, est secun
2 dum Doctores, quia huiusmodi † immunitatis decreta & rescripta censentur esse ambitiosa, & contra vtilitatem publicam. & ideo non valent. d. l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. faciend. l. 1. l. præscriptio. C. de operib. publ. nam
3 † sicut administrator pupillorum, & minorum non potest remittere debitum liquidum, neque donare rem ipsorum. l. pactum curatoris. C. de pactis, ita nec administratores vniuersitatis poterunt concedere immunitatem, & sic debitum liquidum remittere, & donare, cùm

concessio

4 † concessio immunitatis sit species donationis, & vni-
5 uersitas † minoribus & pupillis æquiparetur. l. rempublicam. C. de iure reipublicæ. lib. 10. l. præses. C. de tran-
6 sact. Praeterea † hoc specialiter à iure communi cōcessum est vniuersitati, seu curiæ, & ordini decurionum, vt possit cōcedere immunitatem Doctoribus, & Medicis à quibuscunque oneribus, etiam merè patrimonialibus. l. 1. C. de decret. decur. lib. 10. ergo in contrarium est ius commune. Rolan. consi. 5. num. 1. 2. 3. & 4. vol. 1. Ozasc. decis. 39. num. 15. Alex. cons. 30. num. 8. & 7. volum. 5. Huiusmo
7 di igitur † decreta vniuersitatum, seu ordinis decurionum, quibus immunitates conceduntur, tanquam ambitiosa, non valēt; sed an ipso iure sint nulla, an verò valeant, sed rescindi possint & debeant. vide Barto. in l. 1. num. 1. C. de decre. decurio. super immunit. lib. 10. Excipitur tamen, vt dixi, supradictus casus; quando scilicet conceditur immunitas Doctoribus, & Medicis; valet enim & sustinetur huiusmodi concessio, cùm hoc sit, de iure communi, expressè ordini decurionum tributum:
8 idemque dicendum est de alijs † personis grauibus, & indignitate constitutis, quibus etiam potest per ordinem decurionum concedi immunitas. Bartol. in l. 2. num. 3. ff. de iure immunit. Ozas. decis. 95. num. 15. Praetereà est
9 & alius casus, in quo † ordo decurionum potest immunitatem concedere, nempe propter benemerita, & ex causa remunerarionis, vt est text. in d. l. 1. C. de decretis decurionum. lib. 10. qui tex. licet loquatur de Doctoribus, & Medicis, idem est de alijs, ex causa remuneratio
10 nis; quia si † ordo decurionum potest facere donationem remuneratoriam, iuxta doct. Bart. in l. ambitiosa. versic. quæro vtrum liceat. ff. de decretis ab ord. faciend. ergo & similiter concessionem immunitatis, quæ est spe-
11 cies donationis. Nam † ex causa remunerationis multa à iure permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. Rolandus cons. 5. num. 8. cum plurib. seq. vol. 1. Ozas. decis.
12 95. num. 15. Sed an hoc casu, † circa benemerita, stetur assertioni ipsius vniuersitatis, seu decurionum, an verò alio modo probari debeant, quàm per simplicem assertionem ipsorum decurionum? Videtur dicendum requi-

requiri, & necesse esse quod verè constet de meritis, & aliter, quam per assertionem decurionum: nam cùm ex causa aliquid permittitur, non est sumenda occasio pro causa, sed veram causam & sufficientem ad id præcedere oportet. In prohibitis enim, licet certo casu permissis, non statur verbo, seu assertioni dicentis casum permissum subesse. Contraria tamen opinio est verior, nempe, quòd quando immunitas conceditur per vniuersitatem, seu ordinem decurionum ex causa remunerationis, statur assertioni ipsorum decurionum circa benemerita, donec contrarium probetur, vt latè concludit Rolandus in d. conf. 5. num. 22. cum plurib. seq. vbi respondet supradictis rationibus in contrarium adductis. Ozas. dicta decis. 95. num. 15. Est & alius casus, in quo
13 † consilium ordinarium, seu ordo decurionum potest immunitatem ab oneribus concedere particularibus personis, quando scilicet extitit in possessione, seu quasi, à tanto tempore citra, cuius initij non est memoria in contrarium, concedendi huiusmodi immunitates,
14 quo casu huiusmodi † possessio longissima habet vim priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. Ozas. dicta decis. 95. num. 12. 13. 14. & num. 28. Exceptis igitur supradictis, & alijs casibus à iure expressis consilium ordinarium, seu ordo decurionum non potest particularibus personis immunitatem concedere à collectis, & alijs oneribus, & si concesserit, non valet,
15 nisi fuerit à supremo Principe approbata, † & confirmata, cum clausula, non obstante; quia tunc ipsa approbatio, seu confirmatio superioris censetur noua concessio immunitatis. arg. l. adoptio nō iure facta. ff. de adopt.
16 & nemini dubium esse debet † supremum Principem posse immunitatem concedere. Bar. in d. l. vacuatis; & tanto fortius valet huiusmodi confirmatio, quando, nedum reperitur facta cum clausula, non obstante, &c. sed etiā cum clausulis, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis; quæ quidem clausulæ operantur idem quod clau-
17 sula non obstante: vndè cum sint † geminatæ, & duplicatæ debent latiorem effectum producere, quàm simplex clausula; quia ostendunt confirmantis, & approbantis

bantis latissimam, & enixam voluntatem; & ex qua ver borũ geminatione enixè ad validitatẽ actus, qui geritur, arguitur, Rolandus consilio quinto nume. octauo cum plurib. seq. vol. 1. Barto. in l. cùm scimus. in fine. C. de agricolis & censit. lib. 10. Ozas. decis. 39. nu. 16. Contrarium tamen, quòd immunitas concessa ab vniuersitate, & sic inualida, non teneat, etiamsi fuerit approbata, & confirmata à Principe, videntur multa suadere: nam
18 † quod nullũ est cõfirmari nequit. l. obligari. §. tutor. ff. de auctori. tutor. l. non dubium. C. de legibus accedat,
19 quia † paria sunt aliquid non fieri, & perperam, seu nulliter fieri. l. quoties. ff. qui satisdare cogãtur. & quod nõ
20 est, confirmari minime potest, cùm † non entis, nullæ sint qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. pet. confirmatio enim præexistentiã iuris quæsiti præsupponit, ad illudque commensuratur, quod cõfirmatur. Quibus tamen non obstantibus contraria opinio est verior, cõfirmationem scilicet immunitatis nulliter per vniuersitatem concessæ factam à Principe ex certa sciẽtia, & de plenitudine potestatis, tribuere ius, & validum efficere ipsum priuilegium immunitatis per se nullũ, saltem in
21 vim noui priuilegij, & nouæ exemptionis; nam † priuilegia etiã inualida si sint ex certa scientia principis cõfirmata, sine dubio valẽt, maximè cùm Princeps habeat potestatem huiusmodi exemptiones, & immunitates cõcedendi. Ozas. decis. 39. nu. 11. 12. 13. 16. 17. 18. Alexand. cons. 30. num. 8. cum pluribus sequen. volum. 5.

Vidimus hactenus an, & quando vniuersitates possint concedere particularib. personis immunitatẽ à col
22 lectis, alijsque oneribus. Nunc dispiciamus † qualiter huiusmodi immunitates concessæ intelligantur, & ad quæ onera extendantur, & porrigantur. Sciendum est itaque, in priuilegio, & cõcessione immunitatis, quæ fit per vniuersitatem, debere fieri specialiter, & distinctè mẽtionem de muneribus realibus, & personalibus. Nã
23 si † simpliciter concederetur immunitas à muneribus, non compræhenderetur immunitas à patrimonialibus; concessa enim simpliciter immunitate, censetur regulariter, & duntaxat concessa à personalibus, non autem à

L patri-

patrimonialibus, seu realib. l. his onoribus. ff. de vacat. & excus. muner. l. fina. §. penult. ff. de muner. & honorib. Ozas. decis. 95. num. 49. & 50. Præterea † in ipsa concessione debet exprimi, & specialiter dici à muneribus, & oneribus, aliàs ab oneribus, quis non haberet immunitatem. l. cui muneris. ff. de munerib. & honorib. Item

25 debet dici ab ordinarijs, & extraordinarijs, aliàs † in dubio censentur duntaxat remissa extraordinaria. l. hi qui muneris publici. l. in honoribus. §. qui muneris. ff. de vacat. & excus. muner. d. l. cui muneris. ff. de muner. & hon. l. j. C. de vacat. publicorum muner. Bart. in l. vacuatis. num. 5. C. de decurionib. lib. 10. Præterea huiusmodi

26 † immunitates simpliciter concessæ à muneribus, non porriguntur ad honores. d. l. cui muneris. ff. de muner. & hon. ideo etiam de his expressa mentio fieri debet in ipsa immunitatis concessione: vndè sit cautus is qui debet obtinere huiusmodi priuilegia, & immunitates ab aliqua vniuersitate, vt faciat fieri mentionem expressè de omnibus supradictis. ita nos docet Bart. in l. 2. num. 4. ff. de iure immunit. Marcus decis. 102. num. 1. vol. 2. & satis expressa mentio potest dici facta, siue sit facta per verba generalia, siue per verba specialia, siue per verba singularia. Alex. cons. 30. num. 14. vol. 5. Socinus in l. si ex to-

27 to. num. 4. ff. de lega. 1. Sed an huiusmodi † immunitates ab vniuersitatibus concessę trahantur, & extendantur ad onera militaria dubitant Doctores nostri. Socinus in d. l. si ex toto. num. 6. & 7. scriptum reliquit, huiusmodi immunitatem concessam per vniuersitatem ab onerib. non habere locum, quando imminet publica necessitas, puta belli, cui per ipsam vniuersitatem no potest prouideri, nisi veniatur contra talem immunitatem, & exempti grauentur. Nulla enim concessio eximit aliquem ab oneribus in casu concernente publicam vtilitatem, & necessitatem. Nam vbicunque superuenit necessitas valdè insolita, talis concessio immunitatis nō habet locum: immunitatis igitur ab oneribus priuilegium concessum ab vniuersitate, quantumuis generalę sit, non videtur comprehendere casum belli, insolitum, & casum concernentem necessariam reipublicæ defensionem. Ozas.

decis.

decis.39.num.14. Doctores in d.l. si ex toto, regulariter
28 enim † nullus quouis priuilegio suffultus, etiam domus ipsa Augusta ab oneribus militaribus immunis est. l.sũt munera. ff. de muner. & honor. l. vacuatis. C. de decurio. lib. 10. l.j.3. & vlt. C. de muner. patrim. & toto tit. C. de quib. muner. seu prestat. nemini liceat se excus. lib. 10. & toto tit. C. vt nemini liceat in empt. specier. & C. de immunit. nem. conced. lib. 10. Doctores communiter in dict. l. si ex toto. Ozas. decis. 39. num. 1. etiamsi priuilegium immunitatis esset amplum, quia non extenditur ad incogitata; & hæc est magis communis sententia, vt dicũt DD in d.l. si ex toto. & inter alios Alexan. Ripa, & Ias. Pro qua opinione multa adducuntur. primo textus in l. iubemus nullam. C. de sacrosan. ecclesijs. vbi Bald. in 1. notabili dicit, nota ex hac lege, quòd à necessitatib. imminentibus ecclesiæ Romanæ propter bellum, nullus potest se excusare ratione priuilegij, siue concessum sit di-
29 gnitati, siue religioni, siue personæ, quia † publica vtilitas est cuilibet priuilegio præferenda, & in 2. notabili in-
30 quit idem Bald. quòd † priuilegium generaliter cõcessum, non includit causam publicæ vtilitati contrariã, & si includeret, non valeret; & pro hac opinione adducitur textus in l. 2. C. de quib. muner. nemini liceat se excusare, & ibi Ioannes de Platea, vbi nullus, qualicunque priuilegio munitus, potest se excusare à munerib. personalibus, realibus, mixtis, Principi, & eius exercitui exhibendis, per quęcunq; loca iter arripiat, siue sint habitatores domorum Principis, vel Augustæ; siue ecclesiarum; siue sint personæ illustres, & in alijs dignitatibus positæ; siue sint personæ habentes excusationẽ eis concessam per pragmaticam sanctionem, id est cùm deliberatione procerum factam, vel per diuinã adnotationẽ, id est motu proprio factam, vel proprio oraculo viuę vocis; nemo inquam excusatur ab angarijs, perangarijs, nec curribus, nec à quolibet alio ministerio, & seruitio Principis in expeditione existentis exhibendo. Tertiò, pro hac opinione facit tex. in l. 1. C. vt nemini liceat ab emp. specier. lib. 10. vbi, quando publica necessitate indicuntur munera emendi, vel vendendi frumenta, vel

blada propter milites, nemo est immunis propter quodcunque priuilegium immunitatis, quocunque modo, & quocunq; tempore, vt dicit d. l. i. & ibi etiam glo. in verbo, necessitate, ponit exemplum de necessitate ratione belli. Nam necessitas omnibus legibus derogat, & omnem immunitatem excludit. Rolan. cons. 5. nu. 26. cum
81 plurib. seq. vol. 1. & hęc procedunt in † immunitate simpliciter concessa, secus si sit facta per verba multū prægnantia, & vniuersalia; veluti si immunitas concessa reperiatur ab oneribus personalibus, realib. mixtis angarijs, perangarijs, solitis, & insolitis, & ab omnib. & quibuscuuque alijs oneribus, quæ imponi continget quocunq; modo, quomodocunque, & qualitercunque, quauis causa & occasione, quę dici vel excogitari possit; quo casu, cum verba, vt dixi, sint multum pręgnantia, & vniuersalia, dicēdum videtur, sub huiusmodi immunitatis priuilegio, venire etiam onera bellica, & militaria. Rol. d. cons. 5. & idem dicendum fortius est si in priuilegio immunitatis concesso mentio expresse, & specialiter facta fuisset de oneribus militaribus, vel etiamsi mētio expresse de his facta non fuerit, aliqua tamen coniectura præuideri possit cogitatum saltem fuisse de bello in genere, vt puta si immunitas concessa fuit tempore belli, vel concessa sit, vt supra dixi, à quibuscunque oneribus cogitatis, & incogitatis, solitis & insolitis; vel nisi immunitas concessa sit ex contractu, & ex causa onerosa. His enim casibus huiusmodi immunitates ad onera militaria extendentur. Ozasc. dicta decis. 39. num. 20. & 21. Alexan. cons. 30. num. 4. vers. nec etiam obstat. vol. 5. Ozasc. decis. 95. per totam. Nunc superest pro complemento istius materiæ concessionis scilicet immunitatum videre
82 † an & quādo vniuersitas possint priuilegium huiusmodi immunitatum per ipsas concessum reuocare. Breuiter Doctores distinguunt communiter hoc pacto, aut priuilegium immunitatis concessum per vniuersitatem transiuit in contractum, vel quasi, & hoc casu non potest reuocari: exemplum, si concessa est immunitas venientibus de nouo ad habitandum in ea vniuersitate, per quā hoc priuilegium fuit concessum, certè valet huiusmodi

immu-

immunitas; & ipsis venientibus ad habitandũ, & sic ex parte sua adimplentibus, non potest reuocari. textus est de hoc in terminis, in l. 2. ff. de iure immunitatis. Alexan. consi. 101. num. 1. cum plurib. sequen. vol. 1. Aut nõ transiuit in contractum, vel quasi, & hoc casu potest reuocari. l. quod semel ff. de decret. ab ord. facien. Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Castren. in l. 12. §. in legatis. num. 5. ff. de leg. 1. Alex. consi. 30. num. 17. vol. 5. glo. & Bar. in d. l. quod semel. & in l. 2. in fine. ff. de iure immun. Ozasc. decis. 95. num. 11. Barto. in l. 5. ff. de decret. ab ord. facien. Bart. in l. vacuatis. num. vlt. C. de decurio. lib. 10. 33 Marcus decis. 102. num. vlt. vol. 2. Sed quid† si vniuersitas cõcessit immunitatem, & fuit cõfirmata à Principe, an possit per ipsam vniuersitatem reuocari? vide Alex. consi. 30. num. 1. cum seq. vol. 5.

De donationibus, quæ fiunt ab vniuersitatibus. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatum concessio est species donationis.*

2 *Donatio an, & quando possit fieri per vniuersitatem, seu ipsius concilium ordinarium.*

3 *Administratores vniuersitatis dicuntur habere legitimam administrationem.*

4 *Donatio potest fieri per vniuersitatem per capita domorum congregatam, seu per concilium generale.*

5 *Donatio propter benemerita, & ex causa remunerationis, potest fieri per ordinem decurionum, seu per concilium ordinarium vniuersitatis.*

6 *Donatio remuneratoria potest fieri per tutorem, & curatorem nomine pupilli, & minoris.*

7 *Donatio remuneratoria habet multa priuilegia.*

8 *Donatio remuneratoria facta ab vniuersitate, seu ordine decurionũ, ad hoc vt valeat, an aliter cõstare*

5 Vniuersitas minoribus, & pupillis equiparatur.
6 Ordo decurionum, seu concilium ordinarium alicuius ciuitatis, vel alterius vniuersitatis, potest ex iuris communis dispositione concedere immunitatem ab oneribus, Doctoribus & Medicis.
7 Immunitatis decreta facta ab vniuersitate an sint ipso iure nulla, an verò valeant, sed possint, & debeant rescindi.
8 Ordo decurionum, seu consilium ordinarium vniuersitatis potest, ex iuris communis dispositione, concedere immunitatem ab oneribus, personis grauibus, & in dignitate constitutis.
9 Immunitas, ex causa remunerationis, & propter benemerita, potest concedi per ordinem decurionum.
10 Donatio remuneratoria potest fieri per ordinationem decurionum.
11 Donatio remuneratoria multa habet priuilegia, & multa ex causa remunerationis à iure permittuntur quæ alias non concederentur.
12 Immunitas quando per vniuersitatem conceditur alicui personæ particulari, ob eius benemerita, an stetur assertioni ipsius vniuersitatis seu decurionum, circa benemerita, an verò alio modo probari debeat, quam per simplicem assertionem ipsorum decurionum.
13 Immunitas ab oneribus potest particularibus personis concedi per ordinem decurionum, quando scilicet extitit in possessione, seu quasi à tanto tempore, citra cuius initij non est memoria in contrarium concedendi huiusmodi immunitates.
14 Possessio longissima habet vim priuilegij.
15 Immunitas nulliter per vniuersitatem concessa an possit per principem confirmari, & approbari.
16 Immunitas ab oneribus potest per principē, vel alium superiorem concedi.

17 Ver-

17 *Verborum geminatio arguit, et ostendit enixam volun tatem, & actus qui geritur validitatem.*
18 *Confirmari nequit, quod nullum est, confirmatio enim praexistentiam iuris quaesiti praesupponit.*
19 *Paria sunt aliquid non fieri, & perperam, seu nulliter fieri.*
20 *Qualitates non entis nullae sunt.*
21 *Priuilegia etiam inualida, si sint ex certa scientia principis confirmata valent.*
22 *Immunitas concessa, per vniuersitatem qualiter intelligatur concessa, & ad quae onera extendatur, & porrigatur.*
23 *Immunitas à muneribus simpliciter concessa, comprahendit duntaxat munera personalia, & non patrimonialia, nisi aliter sit expressum.*
24 *Immunitas à muneribus simpliciter concessa, non comprahendit, nec intelligitur concessa ab oneribus, nisi sit dictum.*
25 *Immunitas simpliciter concessa ab oneribus, intelligitur duntaxat de extraordinarijs, nec comprahenduntur ordinaria, nisi sit expressum.*
26 *Immunitas simpliciter concessa à muneribus, non porrigitur ad honores nisi fuerit expressum.*
27 *Immunitas ab vniuersitate concessa, an trahatur, & extendatur ad onera militaria.*
28 *Onera militaria nullus, quouis priuilegio suffultus potest detrectare.*
29 *Vtilitas publica est cuilibet priuilegio praeferenda.*
30 *Priuilegium generaliter concessum, non includit casum publicae vtilitati contrarium, & si includeret, non valeret.*
31 *Immunitas concessa ab vniuersitate, quando extendatur ad onera bellica, & militaria.*
32 *Immunitas concessa per vniuersitatem particularibus*

bus personis, an & quando possit per ipsam vniuersitatem reuocari.

33 *Immunitas concessa per vniuersitatem, & confirmata à Principe, an possit per ipsam vniuersitatem reuocari.*



Idimus superius de collectis, quæ ab vniuersitatibus imponuntur, sed quia communitates sæpe concedunt immunitatem particularibus personis ab huiusmo dioneribus, & collectis, ideo dispiciamus de istis immunitatibus, quæ ab vniuersitatibus conceduntur. Quærunt igitur Doctores
1 nostri † an vniuersitates possint immunitatem à collectis, & alijs oneribus concedere particularibus personis: quà in re dicunt vniuersitatem, seu eius concilium ordinarium non posse regulariter concedere immunitates à collectis, & aliis oneribus, singularibus, & particularibus personis; sed hanc potestatem, & auctoritatem resi dere penes concilium generale, seu congregationem to tius populi per capita domorum, in sui tamen præiudicium, non autem superioris, cùm hoc non sit de specia liter reseruatis principi. l. 1. & 2. C. de decr. decur. super immunit. lib. 10 l. ambitiosa. ff. de decr. ab ordine facien l. vacuatis. C. de decur. lib. 10. l. 2. & ibi etiam Bart. num. 2. 3. & 4. ff. de iure immunit. Ozas. decis. 95. num. 18. cum pluribus seq. l. immunitates, & ibidem glos. & Barto. C. de agricolis, & cens. lib. 11. l 1. C. de immunit. nemini conced. lib. 10. Alex. cons. 101. num. 7. & per totum, vol. 1. & cons. 148. num. 8. 9. & 10. volu 6. & ratio, est secun
2 dum Doctores, quia huiusmodi † immunitatis decreta & rescripta censentur esse ambitiosa, & contra vtilitatem publicam. & ideo non valent. d. l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. faciend. l. 1. l. præscriptio. C. de operib. publ. nam
3 † sicut administrator pupillorum, & minorum non potest remittere debitum liquidum, neque donare rem ipsorum. l. pactum curatoris. C. de pactis, ita nec administratores vniuersitatis poterunt concedere immunitatem, & sic debitum liquidum remittere, & donare, cùm concessio

4 † concessio immunitatis sit species donationis, & vni-
5 uersitas † minoribus & pupillis æquiparetur. l. rempublicam. C. de iure reipublicæ. lib. 10. l. præses. C. de tran-
6 sact. Præterea † hoc specialiter à iure communi cõcessum est vniuersitati, seu curiæ, & ordini decurionum, vt possit cõcedere immunitatem Doctoribus, & Medicis à quibuscunque oneribus, etiam merè patrimonialibus. l. 1. C. de decret. decur. lib. 10. ergo in contrarium est ius commune. Rolan. consi. 5. num. 1. 2. 3. & 4. vol. 1. Ozasc. decis. 39. num. 15. Alex. cons. 30. num. 8. & 7. volum. 5. Huiusmo-
7 di igitur † decreta vniuersitatum, seu ordinis decurionum, quibus immunitates conceduntur, tanquam ambitiosa, non valēt; sed an ipso iure sint nulla, an verò valeant, sed rescindi possint & debeant. vide Barto. in l. 1. num. 1. C. de decre. decurio. super immunit. lib. 10. Excipitur tamen, vt dixi, supradictus casus; quando scilicet conceditur immunitas Doctoribus, & Medicis; valet enim & sustinetur huiusmodi concessio, cùm hoc sit, de iure communi, expressè ordini decurionum tributum:
8 idemque dicendum est de alijs † personis grauibus, & indignitate constitutis, quibus etiam potest per ordinem decurionum concedi immunitas. Bartol. in l. 2. num. 3. ff. de iure immunit. Ozas. decis. 95. num. 15. Præterea est
9 & alius casus, in quo † ordo decurionum potest immunitatem concedere, nempe propter benemerita, & ex causa remunerarionis, vt est text. in d. l. 1. C. de decretis decurionum. lib. 10. qui tex. licet loquatur de Doctoribus, & Medicis, idem est de alijs, ex causa remuneratio
10 nis; quia si † ordo decurionum potest facere donationem remuneratoriam, iuxta doct. Bart. in l. ambitiosa. versic. quæro vtrum liceat. ff de decretis ab ord. faciend. ergo & similiter concessionem immunitatis, quæ est spe-
11 cies donationis. Nam † ex causa remunerationis multa à iure permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. Rolandus cons. 5. num. 8. cum plurib. seq. vol. 1. Ozas. decis.
12 95. num. 15. Sed an hoc casu, † circa benemerita, stetur assertioni ipsius vniuersitatis, seu decurionum, an verò alio modo probari debeant, quàm per simplicem assertionem ipsorum decurionum? Videtur dicendum

requi-

requiri, & necesse esse quod verè constet de meritis, & aliter, quam per assertionem decurionum: nam cùm ex causa aliquid permittitur, non est sumenda occasio pro causa, sed veram causam & sufficientem ad id præcedere oportet. In prohibitis enim, licet certo casu permissis, non statur verbo, seu assertioni dicentis casum permissum subesse. Contraria tamen opinio est verior, nempe, quòd quando immunitas conceditur per vniuersitatem, seu ordinem decurionum ex causa remunerationis, statur assertioni ipsorum decurionum circa benemerita, donec contrarium probetur, vt latè concludit Rolandus in d. cons. 5. num. 22. cum plurib. seq. vbi respondet supradictis rationibus in contrarium adductis. Ozas. dicta decis. 95. num. 15. Est & alius casus, in quo
13 † consilium ordinarium, seu ordo decurionum potest immunitatem ab oneribus concedere particularibus personis, quando scilicet extitit in possessione, seu quasi, à tanto tempore citra, cuius initij non est memoria in contrarium, concedendi huiusmodi immunitates,
14 quo casu huiusmodi † possessio longissima habet vim priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. Ozas. dicta decis. 95. num. 12. 13. 14. & num. 28. Exceptis igitur supradictis, & alijs casibus à iure expressis consilium ordinarium, seu ordo decurionum non potest particularibus personis immunitatem concedere à collectis, & alijs oneribus, & si concesserit, non valet,
15 nisi fuerit à supremo Principe approbata, † & confirmata, cum clausula, non obstante; quia tunc ipsa approbatio, seu confirmatio superioris censetur noua concessio immunitatis. arg. l. adoptio nō iure facta. ff. de adopt.
16 & nemini dubium esse debet † supremum Principem posse immunitatem concedere. Bar. in d. l. vacuatis; & tanto fortius valet huiusmodi confirmatio, quando, nedum reperitur facta cum clausula, non obstante, &c. sed etiā cum clausulis, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis; quæ quidem clausulæ operantur idem quod clau-
17 sula non obstante: vndè cum sint † geminatæ, & duplicatæ debent latiorem effectum producere, quàm simplex clausula; quia ostendunt confirmantis, & appro-

bantis

bantis latissimam,& enixam voluntatem;& ex qua ver borũ geminatione enixè ad validitaté actus, qui geritur, arguitur, Rolandus consilio quinto nume. octauo cum plurib.seq.vol.1. Barto.in l.cùm scimus . in fine. C. de agricolis & censit.lib.10. Ozas.decis.39. nu.16. Contrarium tamen, quòd immunitas concessa ab vniuersitate,& sic inualida,non teneat,etiamsi fuerit approbata, & confirmata à Principe, videntur multa suadere : nam
18 † quod nullũ est cõfirmari nequit.l obligari. §.tutor. ff.de auctori.tutor.l.non dubium. C.de legibus accedat,
19 quia † paria sunt aliquid non fieri, & perperam,seu nulliter fieri l.quoties.ff.qui satisdare cogãtur. & quod nõ
20 est, confirmari minime potest, cùm † non entis , nullæ sint qualitates.l.eius qui in prouincia.ff si cert.pet.confirmatio enim præexistentiã iuris quæsiti præsupponit, ad illudque commensuratur,quod cõfirmatur. Quibus tamen non obstantibus contraria opinio est verior, cõfirmationem scilicet immunitatis nulliter per vniuersitatem concessæ factam à Principe ex certa sciẽtia, & de plenitudine potestatis,tribuere ius, & validum efficere ipsum priuilegium immunitatis per se nullũ, saltem in
21 vim noui priuilegij,& nouæ exemptionis;nam † priuilegia etiã inualida si sint ex certa scientia principis cõfirmata, sine dubio valẽt,maximè cùm Princeps habeat potestatem huiusmodi exemptiones,& immunitates cõcedendi. Ozas.decis.39.nu.11.12.13.16.17.18.Alexand. cons.30.num.8. cum pluribus sequen. volum.5.

Vidimus hactenus an , & quando vniuersitates possint concedere particularib. personis immunitaté à col
22 lectis,alijsque oneribus. Nunc dispiciamus † qualiter huiusmodi immunitates concessæ intelligantur , & ad quæ onera extendantur, & porrigantur. Sciendum est itaque,in priuilegio , & cõcessione immunitatis,quę fit per vniuersitatem , debere fieri specialiter , & distinctè mẽtionem de muneribus realibus,& personalibus. Nã
23 si † simpliciter concederetur immunitas à muneribus, non comprætenderetur immunitas à patrimonialibus; concessa enim simpliciter immunitate, censetur regulariter,& duntaxat concessa à personalibus, non autem à

patrimonialibus, seu realib. l. his oneribus. ff. de vacat. & excus. muner. l. fina. §. penult. ff. de muner. & honorib. Ozas. decis. 95. num. 49. & 50. Præterea † in ipsa concessione debet exprimi, & specialiter dici à muneribus, & oneribus, aliàs ab oneribus, quis non haberet immunitatem. l. cui muneris. ff. de munerib. & honorib. Item

25 debet dici ab ordinarijs, & extraordinarijs, aliàs † in dubio censentur duntaxat remissa extraordinaria. l. hi qui muneris publici. l. in honoribus. §. qui muneris. ff. de vacat. & excus. muner. d. l. cui muneris. ff. de muner. & hon. l. j. C. de vacat. publicorum muner. Bart. in l. vacuatis. num. 5. C. de decurionib. lib. 10. Præterea huiusmodi

26 † immunitates simpliciter concessæ à muneribus, non porriguntur ad honores. d. l. cui muneris. ff. de muner. & hon. ideo etiam de his expressa mentio fieri debet in ipsa immunitatis concessione: vndè sit cautus is qui debet obtinere huiusmodi priuilegia, & immunitates ab aliqua vniuersitate, vt faciat fieri mentionem expresè de omnibus supradictis. ita nos docet Bart. in l. 2. num. 4. ff. de iure immunit. Marcus decis. 102. num. 1. vol. 2. & satis expressa mentio potest dici facta, siue sit facta per verba generalia, siue per verba specialia, siue per verba singularia. Alex. cons. 30. num. 14. vol. 5. Socinus in l. si ex to-

27 to. num. 4. ff. de lega. 1. Sed an huiusmodi † immunitates ab vniuersitatibus concessę trahantur, & extendantur ad onera militaria dubitant Doctores nostri. Socinus in d. l. si ex toto. num. 6. & 7. scriptum reliquit, huiusmodi immunitatem concessam per vniuersitatem ab onerib. non habere locum, quando imminet publica necessitas, puta belli, cui per ipsam vniuersitatem no potest prouideri, nisi veniatur contra talem immunitatem, & exempti grauentur. Nulla enim concessio eximit aliquem ab oneribus in casu concernente publicam vtilitatem, & necessitatem. Nam vbicunque superuenit necessitas valdè insolita, talis concessio immunitatis nō habet locum: immunitatis igitur ab oneribus priuilegium concessum ab vniuersitate, quantumuis generale sit, non videtur comprahendere casum belli, insolitum, & casum concernentem necessariam reipublicæ defensionem. Ozas.

decis.

decis.39.num.14. Doctores in d.l. si ex toto. regulariter
48 enim † nullus quouis priuilegio suffultus, etiam domus ipsa Augusta ab oneribus militaribus immunis est. l.sūt munera. ff. de muner. & honor. l. vacuatis. C. de decurio. lib. 10. l. j. 3. & vlt. C. de muner. patrim. & toto tit. C. de quib. muner. seu prẹstat. nemini liceat se excus. lib. 10. & toto tit. C. vt nemini liceat in empt. specier. & C. de immunit. nem. conced. lib. 10. Doctores communiter in dict. l. si ex toto. Ozas. decis. 39. num. 1. etiamsi priuilegium immunitatis esset amplum, quia non extenditur ad incogitata; & hæc est magis communis sententia, vt dicūt DD in d. l. si ex toto. & inter alios Alexan. Ripa, & Ias. Pro qua opinione multa adducuntur. primo textus in l. iubemus nullam. C. de sacrosan. ecclesijs. vbi Bald. in 1. notabili dicit, nota ex hac lege, quòd à necessitatib. imminentibus ecclesiæ Romanę propter bellum, nullus potest se excusare ratione priuilegij, siue concessum sit di-
49 gnitati, siue religioni, siue personæ, quia † publica vtilitas est cuilibet priuilegio præferenda, & in 2. notabili in-
50 quit idem Bald. quòd † priuilegium generaliter cōcessum, non includit causam publicæ vtilitati contrariā, & si includeret, non valeret; & pro hac opinione adducitur textus in l. 2. C. de quib. muner. nemini liceat se excusare, & ibi Ioannes de Platea, vbi nullus, qualicunque priuilegio munitus, potest se excusare à munerib. personalibus, realibus, mixtis, Principi, & eius exercitui exhibendis, per quęcunq; loca iter arripiat, siue sint habitatores domorum Principis, vel Augustæ; siue ecclesiarum; siue sint personæ illustres, & in alijs dignitatibus positæ; siue sint personæ habentes excusationē eis concessam per pragmaticam sanctionem, idest cùm deliberatione procerum factam, vel per diuinā adnotationē, idest motu proprio factam, vel proprio oraculo viuę vocis; nemo inquam excusatur ab angarijs, perangarijs, nec curribus, nec à quolibet alio ministerio, & seruitio Principis in expeditione existentis exhibendo. Tertiò, pro hac opinione facit tex. in l. 1. C. vt nemini liceat ab emp. specier. lib. 10. vbi, quando publica necessitate indicuntur munera emendi, vel vendendi frumenta; vel

blada propter milites, nemo est immunis propter quod-
cunque priuilegium immunitatis, quocunque modo, &
quocunq; tempore, vt dicit d. l. i. & ibi etiam glo. in ver-
bo, necessitate, ponit exemplum de necessitate ratione
belli. Nam necessitas omnibus legibus derogat, & om-
nem immunitatem excludit. Rolan. cons. 5. nu. 26. cum
81 plurib. seq. vol. 1. & hęc procedunt in † immunitate sim-
pliciter concessa, secus si sit facta per verba multũ prę-
gnantia, & vniuersalia; veluti si immunitas concessa re-
periatur ab oneribus personalibus, realib. mixtis anga-
rijs, perangarijs, solitis, & insolitis, & ab omnib. & qui-
buscunque alijs oneribus, quæ imponi contingeret quo-
cunq; modo, quomodocunque, & qualitercunque, qua-
uis causa & occasione, quę dici vel excogitari possit; quo
casu, cum verba, vt dixi, sint multum pręgnantia, & vni-
uersalia, dicẽdum videtur, sub huiusmodi immunitatis
priuilegio, venire etiam onera bellica, & militaria. Rol.
d. cons. 5. & idem dicendum fortius est si in priuilegio
immunitatis concesso mentio expresse, & specialiter fa-
cta fuisset de oneribus militaribus, vel etiamsi mẽtio ex-
presse de his facta non fuerit, aliqua tamen coniectura
præuideri possit cogitatum saltem fuisse de bello in ge-
nere, vt puta si immunitas concessa fuit tempore belli,
vel concessa sit, vt supra dixi, à quibuscunque oneribus
cogitatis, & incogitatis, solitis & insolitis; vel nisi immu-
nitas concessa sit ex contractu, & ex causa onerosa. His
enim casibus huiusmodi immunitates ad onera milita-
ria extendentur. Ozas. dicta decis. 39. num. 20. & 21. Ale
xan. cons. 30. num. 4. vers. nec etiam obstat. vol. 5. Ozas.
decis. 95. per totam. Nunc superest pro complemento
istius materiæ concessionis scilicet immunitatum vide-
82 re † an & quãdo vniuersitas possint priuilegium huius-
modi immunitatum per ipsas concessum reuocare. Bre-
uiter Doctores distinguunt communiter hoc pacto, aut
priuilegium immunitatis concessum per vniuersitatem
transiuit in contractum, vel quasi, & hoc casu non potest
reuocari; exemplum, si concessa est immunitas venienti
bus de nouo ad habitandum in ea vniuersitate, per quã
hoc priuilegium fuit concessum, certè valet huiusmodi
immu-

immunitas; & ipsis venientibus ad habitandũ, & sic ex parte sua adimplentibus, non potest reuocari. textus est de hoc in terminis, in l. 2. ff. de iure immunitatis. Alexan. cons. 101. num. 1. cum plurib. sequen. vol. 1. Aut nõ transiuit in contractum, vel quasi, & hoc casu potest reuocari. l. quod semel ff. de decret. ab ord. facien. Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Castren. in l. 12. §. in legatis. num. 5. ff. de leg. 1. Alex. cons. 30. num. 17. vol. 5. glo. & Bar. in d. l. quod semel. & in l. 2. in fine. ff. de iure immun. Ozas. decis. 95. num. 11. Barto. in l. 5. ff. de decret. ab ord. facien. Bart. in l. vacuatis. num. vlt. C. de decurio. lib. 10.
33 Marcus decis. 102. num. vlt. vol. 2. Sed quid † si vniuersitas cõcessit immunitatem, & fuit cõfirmata à Principe, an possit per ipsam vniuersitatem reuocari? vide Alex. cons. 30. num. 1. cum seq. vol. 5.

De donationibus, quæ fiunt ab vniuersitatibus. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatum concessio est species donationis.*
2 *Donatio an, & quando possit fieri per vniuersitatem, seu ipsius concilium ordinarium.*
3 *Administratores vniuersitatis dicuntur habere legitimam administrationem.*
4 *Donatio potest fieri per vniuersitatem, per capita domorum congregatam, seu per concilium generale.*
5 *Donatio propter benemerita, & ex causa remunerationis, potest fieri per ordinem decurionum, seu per concilium ordinarium vniuersitatis.*
6 *Donatio remuneratoria potest fieri per tutorem, & curatorem nomine pupilli, & minoris.*
7 *Donatio remuneratoria habet multa priuilegia.*
8 *Donatio remuneratoria facta ab vniuersitate, seu ordine decurionũ, ad hoc vt valeat, an aliter cõstare*

debeat de meritis, quàm per assertionem ipsius vniuersitatis, seu ordinis decurionum.

9 *Donatio remuneratoria, seu facultas, & potestas remunerandi benemeritos an transeat ad successores.*

10 *Vniuersitas eadem manet, licet mutentur personæ.*



Voniam superiore capite dictum est de immunitatibus, quę ab vniuersitatibus conce-
1 dūtur à collectis, & alijs oneribus; quę † immunitatū concessio, est species donationis; ideo de alijs donationib. quæ ab vniuersitatib. fiunt dispiciamus, maxime cùm iam alqua in eodem capite obiter dixerimus de huiusmodi donationi-
2 bus. Quærunt igitur Doctores nostri † an vniuersitas, seu ipsius concilium ordinarium, quod vniuersitaté repræsentat, possit facere donationem alicui; & an valeat ipso iure, sed rescindi debeat, an verò sit nulla, ipso iure. Bar. in l. ambitiosa. num. 1. & 3. ff. de decret. ab ordin. facien. hoc pacto distinguit; aut, quando facta fuit donatio per decuriones, nō interuenit solemnis numerus decurionū, & tunc ipso iure huiusmodi donatio est nulla. l. 2. & 3. ff. dee decr. ad ord. fac. aut solemnis numerus decurionum; & tunc, si donatio apertè & expresse facta fuit, donatio est nulla, ipso iure d. l. ambitiosa. vers. proinde. ff. eod. tit. l. ordinis. C. eod. Si verò donatio apertè & expresse facta non sit, sed occultè, & secretò, vereque donatio facta sit; veluti si in calculanda ratione decuriones decreuerunt rationem bene redditam, cùm in veritate non esset; vel locauerūt aliquam rempublicā viliori mercede, & pretio, & sic velata adest donatio, certè ipso iure valet, cùm non contineat expressum iuris errorem; sed debet rescindi. Aliam etiam circa hunc articulum adhibet distinctionem idē Bart. in loco præallegato; aut in donatione fuit apposita aliqua causa ficta, & colorata, non tamen vera, tunc donatio ipso iure valet, sed debet rescindi; aut verò nulla causa fuit apposita, & tunc ipso iure est nulla, & ita potest intelligi. d. l. ambitiosa. Patet igitur vniuersitatem, seu decuriones, qui
3 sunt † vniuersitatis administratores, licet dicantur habere

bere

bere legitimam administrationem, non tamen posse facere donationem, & si fecerint, aut ipso iure erit nulla, aut veniet rescindéda, Castren. in l. 58. n. 8. ff. de procur. nam ordinis ambitiosa decreta sacris constitutionibus reprobantur. d. l. ambitiosa, & l. 2. cum glo. C. de decret. decurio. lib. 10. Bar in l. j. §. quod si nemo. num. 3 ff. quod cuiusque vniuers. nom. Marcus decis. 489. num. 5. vol. 1. licet enim decuriones repræsentent totum populũ, qui populus rei suæ est moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. hoc tamen non habet locum vbi de do-
4 nando tractatur. Thesa. decis. 257. num. 2. & 7. † concilium tamen generale, seu congregatio, & adunantia totius populi per capita domorum hanc habet potestatem, & facultatem donandi, cùm vnusquisque in rebus suis sit moderator, & arbiter. d. l. in re mandata. C. man dati, & volenti & consentienti nulla fiat iniuria. Quod autem supra dictum est consilium ordinarium vniuersitatis, seu ordinem decurionum non posse facere donationem, non habet locum, neque procedit in donatione
5 remuneratoria, † potest enim ipsa vniuersitas, siue ipsi consilium ordinarium, & ordo decurionum facere donationem, existente iusta & legitima remunerationis causa, inspecta magnitudine & dignitate ipsius vniuersitatis donantis, & qualitate eius cui donatur videmus
6 enim similiter, quòd licet † tutor vel curator pupilli, & minoris non possit donare. l. pactum curatoris. C. de pactis. potest tamé ex causa remunerationis donare. l. cùm plures. §. penul. l. tutor Iucundũ dignitatem. ff. de administra. tuto. ergo nihil mirũm, si vniuersitas, quę pupillo æquiparatur, seu decuriones ipsius vniuersitatis administratores, possint ét facere donationem alicui, ex cau-
7 sa remunerationis, maximè cùm huiusmodi † donatio remuneratoria multis decoretur priuilegijs. Nã ex causa remunerationis multa à iure conceduntur, & permittuntur, quę aliàs nõ permitterentur. l. Aquilius regulus ff. de donationibus. Bar. in d. l. ambitiosa. num. 2. Iaf. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Rolan. cons. 5. num. 9. cum
8 plurib. seq. vol. 1. Sed an † ad hoc vt valeat huiusmodi donatio, facta ab vniuersitate, seu ordine decurionum pro-

pter benemerita, sufficiat assertio ipsi⁹ vniuersitatis, seu decurionum, circa benemerita, an verò aliter debeat de ipsis meritis constare? Certè dicendum est standum huiusmodi assertioni decurionum circa benemerita, donec contrarium probetur. De qua materia vide Bartolum in d.l. ambitiosa, & ibi in addit. Rolandum à Valle cons. 5. num. 22. cum pluribus sequen. vol. 1. Sed vtrum ista
9 † facultas, & potestas remunerādi benemeritos trāseat ad successores? vt puta aliquis fecit vnum magnum seruitium isti communitati, tempore istorum decurionū, ipsi nō remunerauerunt, vtrum decuriones sequentes & succedentes possint remunerare? videtur quod sic, quia isti decuriones hoc faciunt, non tanquam priuatæ personæ, & nomine proprio, sed tanquàm decuriones, & publici administratores, nomineque totius vniuersi-
10 tatis, & populi, qui † populus, & decuriones ipsum populum repræsentantes, licet mutentur, idem tamen censetur esse populus. l. proponebatur. ff. de iudicijs. l. 7. §. vlt. ff. quod cuiusque vniuers. nom. in decurionibus (scribit ibi I. C.) nihil refert vtrum omnes ijdem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati sint. ergo videtur dicendum, hanc facultatem remunerandi transmitti posse ad sequentes decuriones. Contrarium tamen tenet Bart. in d.l. ambitiosa. nu. 4. & 5. scilicet, hanc potestatē remunerandi non transire ad alios decuriones in officio succedentes, nam remuneratio est personalis, ex parte remunerantis, adeò vt non possit quis grauare heredem suum, vt aliquem remuneret, vt sit remuneratio in persona hæredis. l. Diuus. ff. si quid in fraudem patroni, & sicut quis non potest grauare hæredem suum de remunerando, ita decuriones non possunt grauare suos successores. si enim ipsi non donauerint, sed fecerint decretum continens futuram donationem, certè talis donatio est ipso iure nulla. d.l. ambitiosa. vbi Bart. & alij Doctores. ff. de decret. ab ord. facien.

De

De donationibus, & pollicitationibus, quæ fiunt vniuersitatibus. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio in rempublicam fieri potest, & est valida.*

2 *Donatio facta reipublicæ recipit illas conditiones, quas vult donator, nisi publicæ vtilitati contrariæ sint.*

3 *Donatio facta reipublicæ non potest pœnitentia donatoris reuocari.*

4 *Pollicitatio facta reipublicæ an, & quando valeat, & cogi possit is qui pollicitus est promissionem adimplere.*

5 *Donatio sine causa in rempublicam facta non valet, & quæ sit ratio differentiæ, quòd facta donatio priuatæ personæ etiam sine aliqua causa teneat, & tamen facta reipublicæ sine causa non valeat.*

6 *Operi publico an, & quando liceat proprium nomen inscribere.*



Iximus supra de donationibus, quę fiunt ab vniuersitatibus. Nunc aliqua dicamus de donationibus, & pollicitationibus, quę fiũt ipsis vniuersitatibus. Certissimum igitur in
1 iure est † donationem in rempublicã fieri posse, & esse validam, 1 hoc iure vtimur. ff. de don. l. fin. C. de sacros. eccl. l. Imperatores, & toto tit. ff. de pollici-
2 tationibus, l. liberalitatis. ff. de vsuris. † In quibus donationibus possunt apponi illæ conditiones, quas vult donator; quæ ita demũ ratæ sunt, si vtilitatis publicæ intereſt: qđ si dãnosæ, & vtilitati publicæ contrariæ sint, obseruari non debent, sed ipsis cõditionibus reiectis, donatio in rempublicam collata erit valida, & subsistet. d. l. Imperatores. l. 5. in fine. ff. de administr. rer. ad ciu. per-
3 tinen. Neq; † pœnitentia donatoris reuocabitur huiusmodi liberalitas. l. 3. ff. de pollicitationibus; & hęc habent

bent locum in donationibus, traditionibus rerum confirmatis. Sed quid † de pollicitationibus factis ex causa donationis, in ipsas vniuersitates, an istæ valeant? & possit cogi is, qui pllicitus est reipublicæ opus aliquod se facturum, vel pecuniam daturum, ad implendam promissionem? Circa hanc materiam, sic iura nostra distinguunt, aut promissio est facta reipublicæ ob causam aliquam iustam, & tenet huiusmodi pollicitatio. iustæ autem causæ sunt, si ob aliquem honorem proprium, vel alienum decretum, vel decernendum promiserit, quis reipublicæ; obligatur enim, & tenet pollicitatio, d.l. hoc iure vtimur. ff. de donat. l.j. §.1. l.3. l.6. l.9. 11. 13. 14. ff. de pollicitatio. l.6. §. planè vice solutionis. ff. de muner. & hon. cum l. 16. §. 1. ff. eod. & non solum ipse promissor obligatur, sed & hæres eius, si modo, priusquam decesserit, honorem, & dignitatem promissam adeptus fuerit, aliàs non tenetur hæres; nisi fortè ab eo, qui promisit, eo viuente, vel ab ipsa republica opus promissum fuerit inchoatū, vel promissor cœperit soluere pecuniam, quam se daturum reipublicæ pollicitus est. l. 11. l. 6. l. pen. ff. eod. tit. quo casu hæres ius extraneus tenetur, aut ad perficiendum opus, aut partem quintam patrimonij relicti sibi ab eo, qui id opus facere instituerat ciuitati, in qua id opus fieri cœptum est dare. Diuersum est in his, qui ex numero liberorum sunt, qui si hæredes extiterint, non quintæ partis, sed decimæ concedendæ necessitate afficiuntur. l. penult. & vlt. ff. de policit. cum l. ex pollicitatione, ff. eod. Prætereà, pollicitatio facta reipublicæ censetur facta ob iustam causam, adeò vt valeat si est facta ob aliquem casum, quem ciuitas passa est, puta propter incendium, vel terremotum, vel aliquam ruinam, quæ reipublicæ contigit; quibus casibus, si quis vniuersitati promisit opus aliquod facturum, vel pecuniam daturum, valet & tenet huiusmodi pollicitatio, tanquàm facta ob causam iustam. l. 4. l. 7. ff. de pollicitationibus. ita tamē, vt is, qui promisit opus facturum, non possit cogi pro ipso opere pecuniam inferre, sed sufficiat, & debeat ipsum opus extruere, quod pollicitus est, l. 13. in princ. ff. eod. Sed non tantum is qui promi-

promisit, & pollicitus est reipublicæ se pecuniam daturum, vel opus facturum ob aliquam iustam causam, tenetur, & obligatur ad implendam promissionem, verum etiam, si est in mora, & ipse, & hæres eius tenetur ad vsuras eidem reipublicæ, etiam sine stipulatione. l.j.ff. de pollicit.l.liberalitatis.in princ. iuncta glo.ff. de vsur.l. 17.§.fin.ff.eod.tit.de vsur. Aut pollicitatio est facta sine causa ipsi reipublicæ, & hoc casu non valet huiusmodi promissio. l.j.§.1.ff.de pollicit. l. hoc iure vtimur. ff. de donat.l.iurisgentium.§.sed cum nulla subest causa.ff. de pact.nisi si is, qui promisit sine causa reipublicæ opus aliquod se facturum, vel pecuniam daturum, cœperit opus ipsum extruere, vel soluere pecuniam promissam; hoc enim casu tenet pollicitatio, & obligatur promittens; quia hoc pactum nudum vestitur rei principio, & sic producit actionem, & per consequens parit obligationem.gl.j.in d.l.iurisgentium.§.quinimo, circa finē. ff. de pactis.d.l.j.§.1.cum sequen. l.6.§.1.ff.de pollicit. Sed
5 † quæ est ratio differentiæ, quod donatio potest fieri priuatæ personæ, etiam sine aliqua causa, & tamen non possit conferri donatio sine causa in rempublicam? nōne satis est sufficiens causa ipsa liberalitas? Glo.vlt.in d. l.hoc iure. ff. de donationib. mouet hanc difficultatem, & innuit hanc solutionem, quæ colligitur ex l.vnica. C. de caducis tollen.in fine, & in Auth. vt iudices sine quoquo suffragio.in princ. vers. cogitatio. scilicet, Imperatorem, & Principem adeò studere debere vtilitati subiectorum suorum, vt eam præponat propriæ vtilitati. Non igitur mirum est, si donatio etiam sine aliqua causa fiat, priuatæ personæ, eam fore validam, secus si reipublicæ, hæc ratio posset habere locum si tractaremus de donatione facta Principi, vel eius fisco, seu reipublicæ, quæ Principem non recognoscit, & quæ per consequens Princeps sui ipsius est, & tenet locum Principis; sed non potest militare, meo iudicio, in republica, quæ Principem recognoscit, quia hoc casu publicæ vtilitatis consideratio vertitur potius, & consistit respectu, & ex parte ipsius reipublicæ, quàm ex parte illarum priuatarum, particularium, & singularium personarum,

5 *Membra non debent discrepare à capite.*
6 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
7 *Ciuitas, & castrum non differunt, nisi sicut parua ciuitas à magna ciuitate, & castrum est membrũ ciuitatis.*
8 *Natus in vico, seu territorio ciuitatis, censetur habere domicilium in ciuitate & illi de territorio ijsdem priuilegijs gaudent, ac si nati essent in ciuitate.*
9 *Beneficium principis latissimè est interpretandũ, & ad pertinentias rei concessæ est extendendum.*
10 *Consuetudo ciuitatis non solum afficit, & ligat ipsam ciuitatem, sed etiam villas eidem ciuitati subiectas.*
11 *Collecta imposita à ciuitate debet etiam solui à villis, castris, & terris eidem ciuitati adiacentibus.*
12 *Priuilegium concessum Romanæ ecclesiæ circa præscriptionem centum annorum extenditur ad omnes ecclesias, quæ specialiter sunt sub Romana ecclesia.*
13 *Ciuitas, & vrbs vnum, & idem sunt.*
14 *Vrbis appellatione non continentur castra, & villa eidem vrbi adiacentes.*
15 *Legata recipiunt plenam interpretationem.*
16 *Legatum factum, de eo quod est in vrbe, non extenditur ad ea, quæ reperiuntur in alijs locis extra vrbem positis, licet sint eidem vrbi adiacentes.*
17 *Priuilegia sunt strictissimè intelligenda.*
18 *Priuilegium præscriptionis centum annorum, de quo l.fin.C.de sacros. eccl. an habeat locum in castris, villis, & terris à ciuitate dependentibus.*
19 *Ciuitates habent multa priuilegia, quæ non competunt terris subditis, & adiacentibus eisdem ciuitatibus.*
20 *Priuilegium concessum alicui vniuersitati, an extendatur & porrigatur ad terras & villas eidem vniuersitati subiectas, varia afferuntur distinctiones.*

Priui-

21 *Priuilegium concessum comitatui, territorio, seu districtui an extendatur ad ciuitatem.*

22 *Accessorium non influit in principale.*

23 *Priuilegium concessum à principe alicui vniuersitati an, & quando possit reuocari.*



Actenus tractauimus de bonis, & contractibus vniuersitatum. Nunc superest, vt aliqua dicamus de priuilegijs vniuersitatum, statutis, consuetudine, possessione, præscriptione, restitutione in integrum, & postremo loco, pro complemento huius tertiæ partis tractatus nostri, de redditione rationum per administratores publicos fienda. Quoniam igitur sæpissimè de natura, & interpretatione priuilegiorum, quæ vniuersitatibus conceduntur à Principe, vel alio superiore disputatur, & controuertitur; idcirco operæ pretium esse duxi aliqua generaliter de hac materia breuiter subijcere. Videamus igitur † an, & quando priuilegium concessum alicui vniuersitati trahatur, & extendatur ad castra, villas, seu terras adiacentes, & subiectas eidem vniuersitati. Pro parte affirmatiua multa
2 adducuntur. Primo quia istæ † villæ, castra, terræ, seu territorium tanquam adiacentia veniunt accessoriè ad ipsam ciuitatem, seu vniuersitatem. l. prædijs. §. balnea. ff. de legatis 3. l. quæ religiosis. ff de rei vendicat. l. in modicis. ff. de contrah. empt. l. quædam. ff. de acquir. rerum dom. l. Seiæ. §. Tirannæ. ff. de fundo instructo. maximè
3 cum † iurisdictio cohæreat territorio. l. finali. C. vbi, &
4 apud quem. & † ciuitas sit caput territorij, † membra
5 autem non debeant discrepare à capite. cap. cum non liceat. extra de præscript. & debeat attendi locus capi-
6 tis. l. cum in diuersis. ff. de religiosis. cum † accessorium sequatur naturam sui principalis. cap. accessorium. de
7 regul. iur. in 6. & quia etiam † castrum, & ciuitas non differunt, nisi sicut parua ciuitas à magna ciuitate, & castrum est membrum ciuitatis, & plus, & minus non faciunt differre specie. l. qui ex vico. ff. ad municip. Bald. in l. 19. num. 8. C. de sacrosan. eccles. Quare dicendum videtur,

videtur, priuilegium concessum ciuitati, extendi debere ad villas, & terras subiectas eidem ciuitati tanquam adiacentes, dependentes, & tanquàm accessoriè ad ipsam ciuitatem venientes. Secundò, pro ista opinione adducitur. text. in l. j. §. cum vrbem. ff. de officio præf. vrb. vbi appellatione vrbis venit etiam territorium intra centesimum milliarium; ergo priuilegium concessum ciuitati, nedum ipsi ciuitati, quatenus est intra muros competit, sed etiam toti territorio, & comitatui. Tertiò, pro hac opinione affirmatiua adducitur textus in l. 2. §. finali. ff. de vacatione, & excusatione munerum. vbi I. C. ait, magistros, qui pueros primas literas docent, non habere immunitatem à ciuilibus muneribus sed ne cui eorum id quod supra vires sit indicatur, ad præsidis religionem pertinere, siue in ciuitatibus, siue in vicis primas literas magistri doceant. Quarto, pro
3 ista parte facit. l. qui ex vico. ff. ad municip. vbi ille, † qui est natus in vico, seu territorio ciuitatis, censetur habere domicilium in ciuitate, & ita illi de territorio, seu comitatu censentur esse de ciuitate, & debent gaudere ijsdem priuilegijs, quibus fruuntur ipsimet de ciuitate. l. nulli. §. qui ex vico. C. de epis. & cler. vnde vicus, & ca-
4 stra ciuitati supposita possunt dici pars ciuitatis; & comitatini possunt dici ciues; & ciues, & comitatenses censentur habere vnum & idem domicilium. iuxta doctrinam Bartoli in l. j. in l. fin. § item rescripserunt. ff. ad municipales. facit l si quis. C. de natur. liberis. vbi nati in vico, quoad honores & onera, gaudent eodem priuilegio, ac si nati essent in vrbe; illi enim, qui sunt de vico, territorio, & comitatu vniuersitatis, censentur esse de ipsamet vniuersitate, cui subiacent; & quis sortitur originem ex illa ciuitate, cui illa terra, castrum, vel vicus subest, & subiacet. Ad idem est textus in §. si quis igitur. Auth. quib. mod. natur. effic. sui. collat. 7. Castr. in l. 26. num. 1. ff. ad S. C. Trebell Priuilegium itaque concessum ciuitati, vel alij vniuersitati extenditur non solum ad ipsam ciuitatem, sed etiam ad omnes alios locos, & terras eidem ciuitati adiacentes, & eius iurisdictioni, & terriorio subiectas. Quintò, pro hac

opinio-

opinione adducitur textus in l. si quando. C. de bonis vacantibus. lib. 10. vbi si † princeps concedit aliquid alicui, veniunt in hac concessione adiacentia, & pertinentia etiamsi de ipsis mentio facta non fuerit in ipsa concessione; ergo idem dicendum videtur in casu nostro, vt scilicet priuilegium vniuersitati concessum porrigatur etiam ad terras eidem vniuersitati adiacentes. Sextò,
20 quia similiter videmus † consuetudinem ciuitatis afficere, ligare, & astringere non solum ipsam ciuitatem,
21 sed etiam villas eidem ciuitati subiectas, ita vt † collecta ciuitati imposita ad ipsas villas, castra, & terras adiacentes extendatur. glo. in d. l. ex ea. ff. de postulando, & in d §. si quis igitur. Auth. quib. mod. natur. effic. sui. ergo idem dicẽdum erit de priuilegio, vt vires suas, & suum effectum, nedum ad ipsam ciuitatem cui concessum est, sed etiam ad alios locos subiectos eidem ciuitati porri-
22 gat. Septimò, † priuilegium concessum Romanę ecclesiæ circa præscriptionem centum annorum extenditur ad omnes ecclesias, quę specialiter sunt sub Romana ecclesia. glo. in Auth. vt eccl. Rom. col. 3. circa finem. & ibi Barr. dicit, quòd quando datur priuilegium exemptionis alicui ecclesiæ intelligitur cum omnibus suis ecclesiis; ergo idem dicendum est in priuilegijs concessis ciuitati, vt scilicet debeat porrigi ad omnes terras eidem adiacentes. Verum pro parte contraria multa etiam adducuntur, primo lex. 2. ff. de verborum signif. cum l. pupillus. §. vrbs. ff. cod. vbi, vrbis appellatio muris finitur: ergo priuilegium ciuitati concessum competit duntaxat ciuitati, quæ est intra muros, nec extenditur ad territorium. Secundò, pro ista opinione facit cap. ego Ludouicus 63. dist. vbi in donatione ciuitatis Romanæ facta ecclesiæ, fuit expresse et dictum cum Ducatu vrbis, & territorijs; & sic appellatione ciuitatis non comprehenditur territorium; & per consequens, priuilegium concessum ciuitati non trahitur ad illos, qui sunt sub eodem territorio. Tertiò, probatur tali ratione;
23 † vrbs, & ciuitas, vnum & idem sunt. l. si quis. l. singulorum. C. de ædificijs priuatis. l. præscriptio. C. de oper. pu-
24 blicis. sed certum est † appellatione vrbis, non contineri

neri castra, & villas eidem vrbi adiacentes. l. nam quod
liquidè. §. finali. ff. de penu legata; ergo nec appellatio-
15 ne ciuitatis: tanto magis, cum † in legatis fiat plena in-
16 terpretatio l. in testamentis. ff. de reg. iur. & tamen † le-
gatum factum de eo, quod est in vrbe, non extenditur ad
ea, quæ reperiuntur in alijs locis extra vrbem positis,
licet sint eidem vrbi adiacentes. d. l. nam quòd liquidè.
§. fin. ergo multò magis hoc erit in priuilegijs concessis
ciuitati, vt non extendantur ad villas adiacentes, cum
17 † priuilegia sint strictissimè intelligenda. l. si quando. C.
de inoffic. testam. Quartò, pro hac opinione negatiua
adducitur. glo. in l. si finita. §. si de vectigali, in ver. per
18 longum. ff. de damno infecto. vbi tenet quòd † priuile-
gium præscriptionis centum annorum, de quo in l. fin.
C. de sacrosan. eccles. non habet locum in castris, villis,
& terris à ciuitate dependentibus, sed præscribitur, re-
spectu istorum locorum adiacentium, decem annis.
Idem tenet Castrens. in l. 76. §. 1. num. 2. ff. de lega. 1: vbi
19 dicit, † ciuitatem habere quinque priuilegia, quæ non
competunt terris subditis, & adiacentibus; inter quæ
est illud præscriptionis, de quo in d. l. fin. C. de sacrosan.
eccles. Quid ergo dicemus in quęstione proposita? Bart.
in l. si finita. §. ex hoc edicto. num. 5. 6. & 7. ff. de damno
infecto circa hunc articulum adhibet hanc distinctio-
20 nem, † aut priuilegium conceditur alicui vniuersitati,
hoc est ipsi loco, & hoc casu non extenditur extra ip-
summet locum, cui huiusmodi priuilegium concessum
est, nec trahitur ad comitatum, territorium, seu villas
adiacentes. cap. si ciuitatis. de sentent. excommun. in 6.
l. 2. vbi etiam idem Bartol. ff. de verborum, & rerum si-
gnific. aut priuilegium conceditur alicui vniuersitati,
non tanquàm loco, sed pro personis, seu personarum
ratione, intuitu, & contemplatione; & hoc casu priui-
legium vniuersitati tributum extenditur ad villas adia-
centes, & ad omnes homines, qui sunt subditi, & subie-
cti ipsi vniuersitati. l. qui ex vico. ff. ad municip. Hinc,
si legatum factum sit hominibus alicuius ciuitatis, cer-
tè comitatenses vocantur etiam ad hoc legatum. l. ciui-
tatibus, & ibi Doctores. ff. de leg. 1. Item si condemne-

tur aliqua ciuitas, intelliguntur etiam condemnaticomitatenses, & omnes illi, qui sunt subditi ipsi ciuitati. Alia idem Bart. circa hanc quæstionem vtitur distinctione in l.7.§.amplius, num.vlt.in 2. lectura.ff.de excus. tut. fol.91. quam facit etiam glo. in l.2.ff. de verborum signif. aut priuilegium est concessum Taurinensi ciuitati, & sic expresso, & præposito proprio nomine ipsius vniuersitatis cui conceditur priuilegium, & tunc priuilegium extenditur ad continentia, castra,& villas, terrasque adiacentes; secus si in priuilegij concessione dicatur ciuitati Taurinensi,& sic postponitur nomen proprium ipsius ciuitatis, quia tunc muris finitur, & priuilegium non extenditur extra ipsam ciuitatem, prout muris circundatur: aut priuilegium simpliciter est concessum ciuitati, non expresso ipsius proprio nomine, & hoc casu ciuitas duntaxat,quæ muris clauditur, & terminatur habebit & fruetur priuilegij concessione, nec huiusmodi priuilegium extendetur ad terras adiacentes, & subiectas. Aliam etiam distinctionem facit circa hanc quæstionem idem Bart. in d. l.si finita. §. ex hoc edicto.ff.de damno infecto; aut loquimur de priuilegio, quod est contra ius commune, & sic de materia odiosa; & tunc cum huiusmodi priuilegium sit stricte intelligēdum. iuxta d.l.si quando.C. de inoff. testamento. idcirco si sit concessum ciuitati non extenditur ad castra, villas, seu terras adiacentes; & hoc quādo priuilegium est concessum loco, secus si personis sit concessum; aut agitur de beneficio principis concessio ciuitati, & sic de materia fauorabili, in qua latissima fieri debet interpretatio, & hoc casu huiusmodi priuilegij concessio extendetur ad terras adiacētes. Marcus decis.365.per tot. vol.1.l.fin.ff.de constit. principum.& sic intelligenda est. l.si quando. C. de bonis vacan.lib.10.vt declarat glo. in d.l.fin.ff.de constit. principum.

Vidimus supra an,& quando priuilegium ciuitati cōcessum extēdatur ad villas, & terras eidem ciuitati adiacentes, sed quid è contra? Nunquid † priuilegium
21 concessum comitatui, territorio, seu districtui extendatur ad ciuitatem? Dic q non; nam † accessorium non
22 influit

influit in principale, & appellatione comitatensium nō continentur ciues. l. qui ex vico. ff. ad municip. iuncta l. fin. C. de municip. & orig. lib. 10. Bart. in l. 2. num. 4. ff. de verborum signific. Marcus decis. 365. per tot. volum. 1. Postremò pro complemento istius materiæ sciendum
23 est, † priuilegium exemptionis, & quodcunque aliud priuilegium concessum à principe alicui vniuersitati, per ingratitudinem posse reuocari, nisi esset concessum propter benemerita, & sic ex causa remunerationis, quo casu non posset reuocari. multa enim à iure permittuntur ex causa remunerationis, quæ aliàs non permitterentur. Ias. in l. 5. num. 54. ff. de iustit. & iure.

De consuetudine vniuersitatum. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo potest induci per vniuersitatem.*

2 *Consuetudo potest induci per certam partem vniuersitatis.*

3 *Legatum potest relinqui nedum toti ciuitati, vel alteri vniuersitati, sed etiam certæ parti ipsius vniuersitatis.*

4 *Consuetudo an possit induci ab aliqua vniuersitate citra superioris confirmationem.*

5 *Consuetudo ciuitatis, an habeat locum, & extendatur, ad terras & villas eidem ciuitati adiacentes, & subiectas.*

6 *Consuetudo ciuitatis an habeat locum in terris, & alijs locis eidem ciuitati posteà vnitis, & eius iurisdictioni subiectis.*



1 VNiuersitatem † posse consuetudinem inducere certissimum iuris est. l. de quibus. ff. de legibus. §. ex non scripto. Insti. de iure natu. gent. & ciuil. glo. in l. 2. & ibi DD. C. quæ sit longa consuetudo; & † nedum tota vniuersitas
2

potest consuetudinem inducere, sed etiam certa pars ipsius vniuersitatis potest ex sua parte hoc facere, per textum, in l.2.§.deinde cum esset.ff.de orig. iuris ciuilis, si enim tota vniuersitas potest hoc facere quoad totum, vt supra diximus; ergo, & pars eiusdem vniuersitatis quoad partem.arg.l.quæ de tota.ff.de rei vendicat. item quia pars vniuersitatis, seu populi censetur in hoc tanquam populus per se.arg.l.planè.§.fin.ff.de lega.1. Præ-
3 terea † parti vniuersitatis potest legatum relinqui, ergo censetur vniuersitas, & collegium legitimum, & approbatum, & aptum ad consuetudinem inducendam.l. si quis à filio.§. si parti.ff.de legat.1.l. cum senatus.ff.de reb. dubijs.l.3.in princ.ff. de colleg. illicitis. Bart. in d.l. 2.num.18.C.quæ sit longa cōsuetudo, & in l.de quibus, in vlt.col.in princ.ff.de legib. Ias. in d.§. si parti.num.3.
4 Sed † an sit necessaria superioris confirmatio vbi aliqua vniuersitas vult inducere consuetudinem. vide Alexan.
5 in l.31.num.vlt.C.de testam. & † an consuetudo ciuitatis habeat locum, & extendatur ad terras, & villas eidem ciuitati adiacentes, & subiectas. glo. in l.ex ea.ff.de postulando, & in §.si quis igitur. Auth. quib. mod. nat. effi.sui, tenet quòd sic. Idem scribit Bartol. in l.7.§.1. num.vlt.ff.de excusat. tut. in 2.lect. fol.91.& in l.9.num. vlt.ff de postulando.text.est de hoc in §.fin. Instit.de satisd. Bart. tamen circa hanc quæst. in l.2.num.4.C.quæ sit longa consuetudo. sic distinguit; aut illud castrum, villa, seu alij loci adiacentes & subiecti in illo casu habebant consuetudinem specialem, quod potest esse, & de iure permittitur, tunc consuetudo ciuitatis non habet locum in locis eidem ciuitati suppositis, sed propria cuiusque loci consuetudo seruari debet; aut tēpore consuetudinis ipsius ciuitatis illi loci, & terræ subiectæ eidem ciuitati non habebant de illo casu specialem consuetudinem, & tunc consuetudo ciuitatis vendicat sibi locum in castris, villis, alijsque terris eidem ciuitati adiacentibus eiusque iurisdictioni suppositis. l. nulli. §. quod si in vico. C.de episc. & cler. l. si quis. C. de nat.liberis. l. qui ex vico.ff.ad municip. secus si illi loci non sint de districtu, territorio, & iurisdictione ipsius ciuitatis; quia

ris; quia cum habeant proprios fines, distinctum, & separatum territorium, consuetudo ipsius ciuitatis non potest ad huiusmodi locos extendi. arg.l. in agris. ff. de acquir.rerum dominio: supradicta autem procedunt in castris, villis, & alijs locis ciuitati subiectis tempore ipsius consuetudinis. Sed quid in castris, villis & alijs locis, ciuitati posteà vnitis, an † consuetudo ciuitatis habeat locum in istis terris, & locis posteà vnitis? Bart. in d.l.2.num.42.C. quæ sit longa consuet. ponit hanc quęstionem, & ita distinguit; aut dicta vnio, seu translatio facta fuit per Principem, seu alium superiorem, qui locum, & iura Principis obtinet, & tunc quia facta perfectè videtur huiusmodi vnio, idcirco consuetudo ciuitatis extenditur ad istas terras vnitas. nam quod iuris est in principali, idem iuris debet esse in eius adiuncto.l.insulę Italiæ.ff.de iudicijs; aut per alium, quam per Principem est facta vnio, seu translatio; & tunc si per huiusmodi vnionem locus ille transiuit in districtum, territorium, & iurisdictionem ipsius ciuitatis, idem erit dicendum. nam consuetudo ipsius ciuitatis habebit locum in huiusmodi castris, villis, alijsque locis; secus si huiusmodi locus vnitus non factus fuerit subiectus iurisdictioni ipsius ciuitatis, sed proprios fines, propriumque habeat territorium, & iurisdictionem. de qua materia vide Bart. in l. si conuenerit. §. si insula. ff. de pignor. act. Hier. de Monte in tract. de finib. regun. cap.3.num.vlt. vbi dicunt, si castrum, aut villa adijciatur ciuitati, vel comitatui accessoriè tunc debet regi secundum consuetudines ipsius ciuitatis, & comitatus cui adijcitur; si autem non adijciatur accessoriè, sed principaliter, tunc debet regi secundum consuetudines proprias.

De statutis vniuersitatum. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Statuta an, & quando possit fieri, & condi per vniuersitates.*

2 *Statuti condendi potestas dependet à iurisdictione.*

3 Statuta de quibus rebus possint fieri per uniuersitates.
4 Statuta non solum tota vniuersitas, sed etiam una, & certa pars vniuersitatis potest facere.
5 Statuta an possint fieri per totam vniuersitatem, vel partem ipsius vniuersitatis, si expulsa sit à proprio territorio, & alibi se congregauerit.
6 Statutis non potest vniuersitas carens iurisdictione pœnam & mulctam adijcere, nisi adsit consuetudo in contrarium.
7 Statutum conditum per vniuersitatem, vt certæ duntaxat personæ possint aliquam artem, negotiationem, & professionem exercere non valet, tanquam iuri naturali diuino, publicaque vtilitati contrarium.
8 Ciuitas vel alia vniuersitas, an possit per proprium Statutum auferre dominium, vel quodlibet ius alterius.
9 Statutum an, & quando possit fieri per vniuersitatem in odium singularium, & particularium personarum.
10 Lex debet esse communis, & vniuersalis.
11 Statutum si fiat per vniuersitatem in odium particularium personarum non valet, potestque ab ipsius iniquitate appellari, & doli exceptio opponi.
12 Statutum licet per vniuersitatem fiat verbis generalibus; si tamen potest probari legitimis coniecturis factum fuisse specialiter in odium particularium personarum, potest ab eo appellari.
13 Statutum potest per vniuersitatem fieri in odium singularium, particulariumq. personarum vbi causa subest, & publica vtilitas requirit.
14 Statutum an possit fieri ab vniuersitate habente furnos, & molendina, vt particulares, & singulares personæ eiusdem vniuersitatis cogantur ire ad molendum, & coquendum in furnis, & molendinis ipsius

ipsius vniuersitatis, in praiudicium singularium personarum habentium in eadem vniuersitate furnos & molendina.

15 *Statuta condita à laicis non ligant ecclesiasticas personas, ex defectu iurisdictionis, & potestatis.*

16 *Statuta laicorum condita contra libertatem ecclesiasticam nullius sunt momenti.*

17 *Vniuersitas habens bona communia, seu publica iudicatur in illis bonis tanquam priuatus.*

18 *Statutum debet esse sanctum, & honestum, non concernens propriam vtilitatem cum incommodo alterius.*

19 *Commodo, & vtilitati propria vnicuique licet inuigilare, licet ex eo, damnum alijs proueniat, modo id non faciat, vt alijs noceat.*

20 *Lucri cessantis non habetur consideratio.*

21 *Damnum, & praiudicium quod venit secundariò, & in consequentiam, non attenditur.*

22 *Statutum quando censeatur esse factum contra libertatem ecclesiasticam.*

23 *Statutum conditum ab vniuersitate ne quis subditus eidem vniuersitati negotietur, & mercaturā exerceat extra territorium eiusdem vniuersitatis an valeat, & subsistat.*

24 *Iusgentium dicitur naturale, saltem secundariò.*

25 *Statutum non extenditur extra territorium statuentium.*

26 *Ciuitas, vel alia vniuersitas potest contra ciuem, vel subditum aliquid facientem extra territorium statuere.*


27 *Statuta ciuitatum, vel aliarum vniuersitatum, an & quando extendantur ad castra, villas, & alias terras ijsdem vniuersitatibus subiectas.*

28 *Statutum ciuitatis an habeat locum in castris, & villis ciuitati post statutum conditum vnitis.*

29 *Statuta vniuersitatũ an egeant confirmatione Principis, vel alterius superioris, an verò de per se sine alia confirmatione sint valida.*

30 *Statuta condita ab vniuersitatibus an sint annalia, vel perpetua, & an actio ex ipsis statutis competens sit annalis, vel perpetua.*

31 *Statuta sunt ius ciuile.*

1 
Niuersitas † an possit condere statuta, non modica est quæstio inter Doctores nostros. nam Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure distinguit, facitq; differétiam inter vniuersitatem non habentem iurisdictionem, & eam, quæ iurisdictionem habet, vt primo casu q̃n. s. caret iurisdictione non
2 possit condere statuta, cum † statuendi potestas dependeat à iurisdictione. glo. & Doct. in l. j. ff. de iurisd. omn. iud. cap. cum consuetudinis. ext. de consuetudine. glo. in l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iud. Marcus decis. 802. num. 1. vol. 1. secus aũt vbi vniuersitas habet iurisdictionem, quia tunc habet potestatem, & auctoritatem condendi statuta; & hæc opinio siue distinctio Bart. approbatur per Antonium de Butrio, & Imol. in cap. cum omnes. ext. de constit. verum hæc sñia Bartoli communiter reprobatur, vt per Doctores. in d. l. oẽs populi, & hoc ex generalitate, dictæ l. oẽs populi, quæ non distinguit inter populum, seu vniuersitatem habentem iurisdictioné vel non, & quæ simpliciter loquitur; quod ẽt probatur in l. item eorum, circa principium. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. & in l. vt gradatim. §. 1. ff. de muner. & hon. quæ leges expresse dicunt, legem municipij, vel oppidi fore seruandam. Natt. cons. 12. in princ. vbi dicit, opinionem Bart in d. l. omnes populi, tenentis contrarium, cõiter reprobari, idem dicit Iason in eadem l. oẽs popu-
3 li. num. 6. & 7. † vniuersitates igitur oẽs, & collegia omnia licita, & approbata, etiamsi iurisdictione careant, possunt condere statuta circa ea, quæ pertinent ad admĩnistrationem rerum suarum, & super illis, quę pertinent

ad artem, & professionem suam, & de ijs, quæ habent simul facere, & quæ concernunt priuata negotia ipsius vniuersitatis, vt pro expendenda pecunia, & huiusmodi alijs rebus concernentibus administrationem ipsius reipublicæ, de alijs verò non. l. vlt. C. de iurisdic. om. iud. cũ ibi not. l. vlt. ff. de colleg. illicitis. l. 1. cum ibid. not. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Barto. in d. l. vlt. num. 2. & 6. C. de iurisd. omn. iud. DD. in l. receptitia. C. eod. tit. Maranta folio 148. num. 70. l. cunctos populos, & ibi Doctores. C. de summa Trinit. Papiens. fol. 684. nu. 1. §. ius autem ciuile. Instit. de iure naturali gent. & ciuil. Ozas. decis. 17. num. 1. Ripà in l. si se non obtulit. ff. de re iudicata. num. 41. Bald. in l. 1. num. 1. ff. quod cuiusque vniuer. latè Bart. Socinus in l. j. num. 22. 26. 27. 28. ff. quod quisque
4 iuris. Bart. in l. vlt. num. 20. ff. de collegijs illicitis. † Nec solum tota vniuersitas, sed etiam vna, & certa pars vniuersitatis potest facere statuta circa ea, quæ incumbunt ipsi parti, & quæ pertinent ad administrationem rerum suarum. ita dicit Bart. & alij DD. in d. l. omnes populi.
5 ff. de iustit. & iure. † An autem tota vniuersitas, vel pars ipsi9 vniuersitatis expulsa de propria vniuersitate, & territorio possit alibi se congregare, & statuta condere, vide Baldum in l. j. n. 56. C. de summa Trinit. Ias. in l 32. §. si parti num. 2. ff. de legat. 1 & in l. 9. num. 40. ff. de iustit. & iure. Bald. in §. ius autem ciuile. num. 16. Instit. de iure naturali gent. & ciuili, & in d. l. omnes populi. num. 34. licet autẽ vniuersitas carens iurisdictione possit statuta condere circa ea, quę respiciunt administrationem rerũ
6 suarum, vt supra diximus, † nõ tamen potest pœnam, & mulctam huiusmodi statutis adijcere, cùm impositio pœnæ spectet ad habentem iurisdictionem; nisi vniuersitas sit solita, & consueta ita facere. Ias. in d. l. omnes populi. num. 34. circa finem. & num. 35. ff. de iusti. & iure. Marcus decis. 801. num. 2. volum. 1. Rolandus cons. 99. num. 3. 20. 22. vol. 2. Curt. iunior in l. j. num. 18. ff. si quis iusdicenti non obtemper. Innocent. in c. cùm accessissent. num. 2. ext. de constitutio. Quod autem supra dictum est vniuersitates, & collegia posse condere statuta, id ita demum
7 † procedit, dummodo non faciant inuicem statutum, vt

certæ

certæ duntaxat personæ possint illam artem, negotiationem, & professionem exercere, & non alij: hæc enim, & similia statuta iuri naturali, vel diuino, vtilitatique publicæ contraria, non valent. l. j. C. de monopolijs. Bartol.
8 in l. vlt. num. 20. ff. de collegijs illicitis. Sed an † vniuersitas per proprium statutum possit auferre dominiũ, vel quodlibet aliud ius alterius? Bart. in prima constitutione. ff. de veteris. in prin. num. 5. & in l. vlt. C. de iure reip. disputant hanc quæstionem, & tãdem concludit, vniuersitatem sine causa nõ posse auferre dominium, vel quod libet aliud ius alterius, citra ipsius expressum, vel tacitũ consensum, cum causa tamen posse, siue statutum generaliter sit factum, siue specialiter in personam, & odium
9 vnius vel plurium; licet enim † vniuersitas statutum condere non possit in odiũ certarum, & particularium per
10 sonarum, quia † lex debet esse communis, & vniuersalis.
11 l. j. ff. de legibus; adeò vt † si huiusmodi statutum faciat, possit ab ipsius iniquitate appellari, possitque etiam op
12 poni contra tale statutum exceptio doli; imò, † etsi statutum fieret vrrbis generalibus, si tamen potest probari legitimis coniecturis, quòd factum sit specialiter in odiũ certarum, & particularium, singulariumque personarũ, possit ab eo appellari, necnon opponi exceptio doli: hæc
13 tamen † procedunt, vbi nulla subsistit causa ita statuendi, secus si causa subsit. Nam statutum in præiudicium, & odium particularium, & singularium personarum nõ dicitur iniquum, quando vniuersitas ita statuens mouetur ex aliqua rationabili, & persuasiua causa, & ob bonum commodum, & vtilitatem publicam, & de omnibus supradictis sunt textus, & infinitæ doctrinæ. l. toties. §. si cui. ff. de pollicit. l. si priuatus. ff. qui, & à quibus. l. non debere. ff. ad municip. l. vlt. ff. ad l. Iul. de annona. l. decuriones. ff. de administratione rerũ ad ciuit. pertin. l. venditor. §. si constat. ff. commun. præd. l. Antiochensium. ff. de priuil. cred. l. Lucius. §. fina. ff. ad municipales. Barto. in d. §. si cui, & in d. l. Antiochensium. glo. magna. in l. 2. circa finem. C. quæ sit longa consuetudo. l. 1. §. solent. ff. quando appell. sit. l. qui grauatos. C. de censib. & censit. lib. 11. l. 1. §. fina. vbi glo. ff. de exceptio. doli Rolan

dus

dus consl.99.numer.11.12.13.40.41.42.volum.2.Iason in l.ciuitas.num.27.& 10.ff.si cert.pet.& in l.1.num.1. ff.de legibus.l. certa forma. C. de iure fisci lib. 10. patet igitur vniuersitatem posse,& generaliter, & specialiter in præiudicium singularium personarum statuere, dummodo id faciat ex iusta, & rationabili causa, publicam vtilitatem concernente, alias secus. Hinc Doctores no-
14 stri tractant† an vniuersitas habens furnos,& molendina possit per suum statutum decernere,& cogere homines, & particulares personas eiusdem vniuersitatis ad molendum, & coquendum in furnis,& molendinis ipsius vniuersitatis,in præiudicium singularium personarum habentiũ in eadẽ vniuersitate furnos,& molendina, quæ per tale statutum minoris reditus fiunt. Pro faciliori intelligentia istius quæstionis tres sunt considerandi casus,quorum primus est,an valeat tale statutum conditum per vniuersitatem in præiudicium ecclesiæ. Secundus,an valeat in pręiudicium laicorum ipsi vniuersitati subditorum. Tertius,an valeat in præiudicium laicorũ ipsi vniuersitati non subditorum. Circa primum casum
15 † in ecclesia, quod statutum non valeat,facit,quia communitates seculares nullã habent iurisdictionem, potestatem,vel auctoritatẽ in personas ecclesiastidas. Authen.item nulla communitas. C.de episcopis,& cler. ergo huiusmodi statutum conditum ab vniuersitate ex defectu iurisdictionis,& potestatis non valet,in prǫiudiciũ
16 ecclesiasticarum personarum. Secundò,† statuta laicorum,condita contra libertatem ecclesiasticam, nullius sunt momenti. Auth.cassa, & irrita. C. de sacrosan.eccl. sed hoc statutum tendit contra libertatem ecclesiasticã,
17 vt constat,ergo non valet. Tertiò,† vniuersitas habens bona communia,seu publica, in illis bonis iudicatur vti priuatus;sed priuatus non potest aliquid facere in præiudicium alterius; ergo nec vniuersitas suo statuto po-
18 terit ecclesiæ præiudicare;tantò magis, quia† statutum debet esse sanctum, & honestum, non concernens propriam vtilitatem cum incommodo alterius. Verum cõtraria opinio est magis cõmunis, nempe, vniuersitatem laicorum posse præiudicare proprio statuto ecclesiæ in

iure.

iure quærendo, saltem per indirectum, modò id non faciat principaliter, vt noceat ecclesiæ, sed ad sui commodum, & necessitatem, prout quādo ecclesia abundat diuitijs, & laici pauperes sunt; hoc enim casu nescio videre quomodo ipsa vniuersitas dicatur fraudem cōmittere, & facere preiudicium contra ecclesiam, si necessitatibus suis prouidet; & contra personas ecclesiasticas conquærentes potest reddi responsio Imperatoris contra philosophum quærētem immunitatem ab oneribus, de qua in l. professio. C. de muner. patrim. lib. 10. professio, & desiderium tuum inter se discrepant, cum philosophi sit contemnere pecunias, &c. sed eas magis, quàm philosophi contemnere debent religiosi, & ecclesiasticæ personæ seculo renuntiantes, modò necessaria non desint. facit etiam pro hac parte, quia † licitum videtur vnicuiq; inuigilare proprio commodo, licet ex eo damnum alijs proueniat, modò id nō faciat, vt alijs noceat. l. Proculus. ff. de damn. infecto. Non obstant modo ea, quæ in contrarium adducebantur, quia respondeo habere locum, quando agitur de præiudicio alterius in iure iam quæsito, secus si in lucri amissione, quia † tale præiudicium amissionis, & cessantis lucri non habetur in consideratione. Bart. in l. quominus. in 11. quæst. in fine. ff. de flumi nibus. præterea, licet ageretur de vero præiudicio, & nō de lucri amissione, adhuc tale † præiudicium non videtur considerabile, cùm veniat secundariò, & in cōsequētiam; principaliter enim tale statutum non fit per vniuersitatem, vel alteri noceat, sed vt proprijs cōmodis, & necessitatibus superueniat, licet in consequentiā ex hoc damnum alijs proueniat; præiudicium autem, & damnum, quod venit in consequentiam, & secundariò non attenditur. glo. fina. in cap. quamuis. de pactis lib. 6. Nec etiam obstat, quòd tale statutum videatur esse contra libertatem ecclesiasticam; quia respondetur, quòd tunc † statutum venit contra libertatem ecclesiasticā, quando aufert, vel diminuit priuilegium ecclesiæ concessum à summo Pontifice, vel à iure communi; sed hic non apparet de aliquo priuilegio ecclesiæ concesso, quod possit cogere laicos ad molendum in suis molendinis. Similiter

Margin numbers (beside lines): 19 (facit etiam), 20 (quæsito), 21 (de lucri amissione), 22 (statutum venit).

ter non potest dici, ꝙ tale statutum tollat beneficium competens ecclesiæ de iure communi; quia iure communi non cauetur, quòd ecclesia, nec alius possit quem astringere ad molendum in suis molendinis. Supradicta autem conclusio procedit, vbi ecclesia non sustinet onera spiritualia in loco, nec esset de eodem loco, secus si ecclesia habens molendina esset de eodem loco, & ibi sustineret onera spiritualia, quia tunc contra ecclesiam non valeret statutum, quia clerici habitantes in ciuitate iudicantur vt ciues, non vt forenses, & extranei. Sit igitur conclusio, ꝙ si ecclesia non sustinet onera spiritualia in loco, & ibi vel alibi habeat molendina, & furnos; & sit ecclesia valde diues, adeò vt cessante reditu, vel aliqua eius parte ipsorum molendinorum, & furnorum non ob id indigebit; & statutum, de quo dictum fuit, fiat in magnam vtilitatem reipublicæ, & vniuersitatis, ita vt appareat de bono animo statuentium, ꝙ non ex causa cupiditatis, & auaritiæ, sed ob bonum publicum ita agunt, ita ꝙ maior sit vtilitas ex huiusmodi statuto proueniens reipublicæ, quàm damnum ecclesiæ, valeat, eo casu, huiusmodi statutum. Secundus casus est, an valeat statutum conditum per vniuersitatem cogens subditos ad molendum, & coquendum in molendinis & furnis ipsius vniuersitatis in præiudicium singularium personarum, & subditorum de ipsa vniuersitate habentium molendina, & furnos in eadem vniuersitate, & eius territorio. Videtur dicendum, ꝙ non; quia statutum debet esse æquale, & commune inter omnes subditos, sine damno aliquorum particularium tantum, & qñ statutum concernit odium, & damnũ non vniuersale, sed aliquorum particularium tm̃, illud dicitur iniquum, & dolosum, adeò vt particulares sic grauati possint à tali statuto appellare. Bart. in l. omnes populi. in 5. quæst. princip. in ff. ff. de iust. & iure. vt latius superius diximus; cum enim particulares habentes molendina, & furnos in loco sint de corpore vniuersitatis, iniquum videtur, ꝙ consulatur commodo reipublicæ, cum iniuria, & damno ipsorum particularium; æqualis enim omnium debet esse conditio, & dignum est, vt qui cum alijs vitam similem

decant

ducunt similem sentiant in legibus disciplinam. ea præcolentes .de statu monachorum; & licet ob vtilitatem publicam possit fieri statutũ in præiudicium singularũ personarum, vt supra ostendimus, hęc tamen non est legitima causa præiudicandi particularibus habentibus molendina, & furnos, vt scilicet omnes reditus malturæ perueniant ad molendina vniuersitatis, quia in effectu ipsi particulares soli viderentur subire onus talium redituum. Quando itaque alio modo potest succurri necessitatib. ipsius vniuersitatis, non videtur reipublicę consulendum cum damno aliquorum particularium tantum. Concludo igitur in hoc secundo casu, quòd in præiudicium aliquorum particularium subditorum, & qui sunt de corpore vniuersitatis, & qui onera publica cum alijs pariter sustinent, nõ valet huiusmodi statutũ, & cõditum ab vniuersitate, cogens subditos ad molendum, & coquendũ in molendinis, & furnis ipsius vniuersitatis.

Circa tertium casum, an valeat tale statutum conditum per communitatem cogens subditos ad molendum, & coquendum in molendinis, & furnis vniuersitatis, quando ex tali statuto fit præiudicium laycis nõ subditis ipsi vniuersitati statuenti, dic quòd sic; modò principaliter non fiat in odium aliorum habentium molendina, & furnos, sed principaliter ob bonum publicum, non habita ratione an alij layci sint valdè diuites, vel non, sed solum habita ratione an fiat statutum animo nocendi; qui nocendi animus præsumi poterit, quando vniuersitas, ex ea re nullum, vel minimum lucrum & commodum, breuique tempore duraturam vtilitatẽ sit perceptura; iuxta doctrinam Castrensis in l. fluminum. §. fina. ff. de damno infecto. Ozas. decis. 17. per totam; Hinc etiam Docto-

23 res nostri tractant aliam quæstionem, nunquid † statutũ conditum ab vniuersitate, ne quis subditus eidem vniuersitati extra territorium ipsius vniuersitatis negotietur, & mercaturam exerceat sit validum, & subsistat? Videtur dicendum; quod non; quia hoc statutum videtur factum specialiter in odium, & præiudicium illorũ particularium, qui negotiantur, ergo non valet, vt suprà docuimus; nec potest dici hoc statutum cõcernere publi-

cam

eam vtilitatem, quia tendit potius contra commodum, & bonum publicum, ex eo, quod negotiationes restringantur, & coangustentur; & ob id, tanquam statutum iniquum, non debet valere. Bal. in l.8. num. vlt. C. de hered. instit. Marcus decis. 780 num. 1. vol. 1. Præterea statutum contrarium iuri naturali non valet, vt supra etiã diximus ex §. sed naturalia quidẽ iura. Instit. de iur. nat. gent. & ciuili, sed hoc statutum aduersatur iuri gentiũ,
24 † quod naturale etiam dicitur, saltem secundario. §. ius autem ciuile. vers. quòd verò naturalis ratio, & ibi etiã glo. Instit. de iure nat. gent. & ciuili. §. singulorum. Instit. de rerum diuisione. ergo non valet; minor probatur, cõmercia enim sunt de iure gentium, l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. statutum igitur huiusmodi prohibens, seu saltem restringens libertatem, & facultatem commerciorum erit inualidum. huc pertinet l. vnica. C. de monopolijs. Tertiò, & vltimo pro hac opinione facit; quia
25 † statutum latiùs non extenditur, nec debet habere effectum extra territorium statuentiũ. arg. l. vlt. ff. de iurisd. om. iudic. Contrariã autem opinionem, huiusmodi scilicet statutum conditum ab vniuersitate esse validum, & de iure subsistere tenet Bart. in l relegatorum. §. interdicere. ff. de interdictis. per textum. in l. fina. ff. de decre. ab ord facien. l. mercatores. C. de commercijs, & mer. Marcus decis. 357. num. 2. vol. 1. Non obstat. d. l. vlt. ff. de iu-
26 risd. om. iudicum; quia ciuitas, & alia vniuersitas potest contra ciuem, vel subditum aliquid facientem extra territorium statuere. Bart. in l. 2. C. de eunuchis. Doctores in l. cunctos populos. C. de summa trinit.

Vidimus hactenus an, & quando, & de quibus rebus vniuersitates possint condere statuta, nunc dispiciamus
27 † an, & quando statuta ciuitatum, vel aliarum vniuersitatum extendãtur ad castra, villas, & alias terras ijsdem vniuersitatibus subiectas, ab ipsisq; dependentes, earũque iurisdictioni suppositas. Bart. in l. 2. num. 41. C. quæ sit longa cõsue. sic distinguit: aut castrum, villa, seu terra in illo casu habebat proprium, & speciale statutum, & tunc debet seruari ipsum statutum, nec statutum ciuitatis habet locum hoc casu, aut verò nullum propriũ sta-

tutum

tutum de illo casu habebat, & tunc statutum ciuitatis habet locum in castris, villis, alijsque terris eidem ciuitati subiectis. l. nulli. §. quod si in vico. C. de episc. & cler. l. si quis. C. de natur. liberis. l. qui ex vico. ff. ad municip. secus si illud castrum, seu villa non sit de districtu, & iurisdictione illius ciuitatis; hoc enim casu statutum ciuitatis non vendicat sibi locum in huiusmodi castris, & villis: & supradicta procedunt in castris subiectis ciuitati
28 tempore statuti. Sed † quid in castris, & villis ciuitati post statutum conditũ vnitis? idem Bar. in d. l. 2. num. 42. C. quæ sit longa consuet. sic distinguit; aut dicta vnio, seu translatio fuit facta per Principem, vel alium superiorem, habentem iura Principis, & tunc statutum ciuitatis habet locum in castris, & villis eidem ciuitati vnitis, etiam post conditum statutum; quia translatio, seu vnio perfectè facta videtur; & ideò secundum ciuitatis statutum debet regulari, & regi: nam quod iuris est in principali, idem iuris debet esse in adiũcto: aut per aliũ, quàm per Principem est facta vnio, & hoc casu statutũ ciuitatis habet locum in castris, & villis vnitis, si modò per talem vnionem trãsiuerunt in districtum, & iurisdictionem ipsius ciuitatis; secus si habeant, non obstante vnione, proprium territorium, & districtum. De qua materia vide eundem Bart. in l. 1. §. cùm vrbem. nu. 8. ff. de officio præf. vrb. Cagnol. in l. imperium. num. 174. ff. de iurisd. omn. iud. Barto. in l. si conuenerit. §. si insula. ff. de pignorat. act. Hi r. de Monte in tracta. de fin. reg. capit. 3. num. vlt. vbi, si castrum, vel villa adijciatur ciuitati, seu communi accessoriè, tunc debet regi secundum statuta ipsius ciuitatis, & comitatus cui adijcitur; si autem non adijciatur accessoriè, sed principaliter, tunc debet regi secundũ propria statuta. Nunc aliqua dicamus de confirmatione statutorum, quæ fiunt ab vniuersitatibus, an
29 scilicet † statuta vniuersitatum egeant confirmatione Principis, vel alterius superioris, an verò de per se, sine alia confirmatione sint valida. Bar. in l. omnes populi. in prima quæst. principal. ff. de iustit. & iure, & in l. si quid extraordinarium. C. de legationibus. lib. 10. tenet, statuta per vniuersitates superiorem recognoscentes condita

egere

egere confirmatione superioris;nisi statuta concernant administrationem bonorũ ipsarum vniuersitatũ; quia hoc casu liberè possunt vniuersitates statuta cõdere, sine aliqua confirmatione superioris,de hoc est. glo. in l. priuatorum.C.de iurisd.om.iud.& hanc opinionem sequitur Bald.in l.fina.C.de iurisd.om.iud. Marcus decis. 165.num.1.2.& 3.vol.1.Borgni. decis. 28. num. 35. vbi scribit,vniuersitatem recognoscentem superiorem non posse statuta condere,sine cõfirmatione superioris,quæ si confirmentur ad tempus, post tempus debent iterum confirmari,aliàs non valent. Contrariam autem opinionem tenuit idem Baldus sibimet cõtrarius. in l.recepticia . C.de constitu. pecunia, quem ibi sequuntur multi DD.& in l.fina.C.de iurisd.om.iudi. Ias.in l.omnes populi.num.38.ff.de iusti.& iure.nempe huiusmodi statuta condita ab vniuersitatibus non egere confirmatione superioris,cùm vniuersitates hoc habeant,ex dispositione iuris communis,& à iure communi sint confirmata; & licet huiusmodi statuta confirmarentur à superiore non per hoc desinerent esse statuta ipsarum vniuersitatum,cùm talis confirmatio non sit necessaria,& de natura,& essentia ipsorum statutorum , quę ab vniuersitatibus fiunt.Bald.in l.humanum.C.de legib. facit quandã distinctionẽ,nempe,aut princeps, vel superior est præsens in loco,à quo fiunt statuta, & tunc requiritur eius confirmatio; aut est absens,& tunc non requiritur; quæ quidem distinctio est friuola, nullaque ratione & fundamento nititur. idem Bald.in d.l.omnes populi facit quãdam aliam distinctionem,quam poteris videre. Breuiter,puto opinionem. Bart. de iure veriorem esse, quam cõsuetudo,optima legum interpres,obseruat; videmus enim quotidie huiusmodi statuta condita ab vniuersitatibus,à principe,vel alio superiore confirmari, nisi concernãt,vt dictum est supra, administrationem bonorum ipsarum vniuersitatum. De qua re vide Marcum decis. 802.nu.3.& 5.vol 1. Nunc superest, vt aliqua dicamus de qualitate statutorum , & de actione ex ipsis statutis
30 competente; † an scilicet statuta condita ab vniuersitatibus sint annala,vel perpetua; & an actio ex ipsis statu

tis competens sit annalis, vel perpetua. Barto. disputat hanc quæstionem in l. vlt. ff. de pœnis. vbi tenet, statuta condita aliqua vniuersitate habente statuendi pote-
31 statem, esse perpetua; hæc enim † statuta dicuntur ius ciuile. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. ergo sunt perpetua. §. 1. Instit. de perpet. & temp. actio. & eodem modo, actio descendentes ex huiusmodi statuto, cõdito ab vniuersitate, erit actio perpetua. idem tamen Bar. circa hãc quæstionem. in l. 5. quem ibi sequitur Ias. num. 8. ff. de verborum oblig. adhibet hanc distinctionem. Præsuppositis igitur terminis habilibus, vt in vnaquaque quæstione semper fieri debet, scilicet vniuersitatem posse cõdere statuta. Primò sciendum est, si agatur de statutis cõditis à toto populo, vniuersitate, seu à concilio & adunantia generali, huiusmodi statuta esse ius ciuile, & consequenter illorum actionẽ perpetuam, vt cæteræ actiones à iure ciuili prouenientes; nempe ciuiles vsq; ad triginta, vel quadraginta annos. l. sicut. l. omnes. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum. criminales vsque ad annos viginti. l. querelam. C. ad l. Corneliam de falsis. Aut secundò statuta conduntur ab antianis populi, seu vniuersitatis; & hoc casu, cùm istorum officiũ non sit perpetuum, sed ad tempus, alia distinctio est necessaria; aut enim totum concilium populi ipsis antianis concessit facultatẽ, & potestatem condendi statuta, tunc cùm ipsamet vniuersitas cõdidisse statuta cẽseatur, cuius statuta, vt proximè dixi, ius ciuile sunt, actio consequenter erit perpetua; aut carent speciali auctoritate, sed aliunde ea sibi ipsis competit, quasi totum populum repræsentent, & tantam habeant auctoritatem, quantam populus ipse, prout voluit. Bald. in d. l. omnes populi. num. 10. & hoc casu huiusmodi statuta erũt ius ciuile, actioque eorum ciuilis, aut impar est, vel diuersa, & differens auctoritas antianorum ab auctoritate totius populi, & vniuersitatis, prout imparem dixit. Alex. in d. l. 5. sustinendo Bart. opinionem aduersus Bald. & prout re vera est, cùm isti antiani minus possint, quam vniuersitas, seu ipsius concilium, & hoc casu statuta istorum antanorũ, imò concilij ordinarij, & non totius vniuersitatis, vim nõ habẽt

iuris

iuris ciuilis, & ob id actio annalis erit, & non perpetua. Alexan. in d. l. 5. num. 5. alijque Doctores. ff. de verbor. obligat. Castren. in l. 1. §. 1. num. 8. ff. quod quisque iuris. Sola. in procem. decret. antiq. in glo. 3. num. 1. 2. 3. & 4. & hac sufficiant de statutis vniuersitatum. Si quis autem plura velit de hac materia videre, consulat Doctores in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. Bald. & alios Doctores in §. ius autem ciuile. Instit. de iure natu. gent. & ciuili, quibus in locis hanc materiam statutorum vniuersitatum ad saturitatem explicatam inueniet.

Vniuersitas an, & quando dicatur possidere. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Prascriptio sine possessione non procedit.*
2 *Vniuersitas an propriè dicatur possidere.*
3 *Vniuersitas est persona repræsentata.*
4 *Hæreditas iacens non potest possidere.*
5 *Vniuersitas dicitur non posse consentire.*
6 *Possessio non acquiritur sine animo & consensu.*
7 *Vniuersitas per se potest propriè possidere, vel etiam per seruos, vel per personas liberas, puta per sindicos, vel alios administratores.*
8 *Vniuersitas repræsentat personas viuentes, ideò potest, & dominium, & possessionem, & vsumfructũ sibi acquirere.*
9 *Hæreditas iacens repræsentat personam defuncti, & ideo non potest dominium, neque possessionem acquirere.*
10 *Vniuersitas dicitur posse consentire, licet cum aliquali difficultate.*
11 *Vniuersitatem non posse possidere, sed dũtaxat administratores vniuersitatis falsum esse demostratur.*
12 *Possessio per quas personas nobis acquiri possit.*

13 *Vniuersitas, qualiter dicatur possidere, & an ex actibus possessorijs particularium personarum vniuersitatis acquiratur possessio eidem vniuersitati.*
14 *Patientia habetur loco mandati.*
15 *Possessio nobis per liberam personam sine mandato speciali non acquiritur.*
16 *Ratihabitio mandato aequiparatur.*

QVia superius loquuti sumus de bonis, quæ per vniuersitates possidetur, & sequēti capite locuturi sumus de præscriptione rerū
1 publicarum, quæ quidem † præscriptio sine possessione non procedit. §. 1. & toto tit. Instit. de vsuca. l. 25. ff. de vsucap. sine possessione vsucapio contingere non potest, scribit I. C. quantum enim possessum, tātum præscriptum, & nō plus. Ias. in d. l. de quibus. num. 24. & 25. ff. de legib. idcirco operę pretium esse duxi prius aliqua dicere de possessione vniuersitatum.
2 † Vniuersitas igitur an propriè dicatur possidere dubitant Doctores nostri. Multi enim tenent vniuersitatem propriè non posse dici possidere, sed impropriè sic. l. 2 §. vlt. ff. de acq. possess. Alij dicūt ipsam vniuersitatem, seu municipes non possidere, sed illos duntaxat possidere, quibus administratio est commissa. l. municipibus. ff. de condit. & demonstr. Pro hac opinione adducitur, primò
3 quia † vniuersitas est persona repræsentata sicut hære-
4 ditas. l. mortuo. ff. de fideiussor. & sic † nō potest possidere l. j. §. Scęuola. ff. si quis testam. liber esse iussus fuerit.
5 Secundò, pro hac opinione facit, quia † vniuersitas non videtur posse cōsentire; quia in ipsa vniuersitate sūt infantes, pupilli, furiosi, & multi alij, qui consentire non
6 possunt; sed † sine animo, & consensu possessio non acquiritur; ergo vniuersitas non potest possidere; vndè videtur, quòd sicut ea, quæ sunt in cōmuni, & promiscuo vsu hominum, vt forum, basilica, & huiusmodi generis possideri non possunt, sed promiscuè vniuersitas, & populus eis vtitur, sic & aliæ res cōmunes ipsarum vniuer-
7 sitatū. Contraria tamen opinio est verior, † vniuersitatem

tem scilicet, & municipes per se propriè posse possidere, vel etiā per seruos, vel per personas liberas, puta per sindicos, vel alios administratores. l. tigni. §. municipes. vbi etiam glo. ff. ad exhibendum. l. 2. §. vlt. ff. de acq. poss. Ias. in l. j. §. municipes. num. 1. ff. eod. titu. de acquir. poss. textus est in terminis in l. 3. in fin. ff. de pollicitationib. Vniuersitas enim, licet sit persona ficta & repręsentata, tamen tam dominium, quàm possessio est penes ipsam vniuersitatem, & non penes singulos de vniuersitate.
8 Nam † vniuersitas repræsentat personas viuentes, ideò potest possidere, sicut potest vsumfructū habere l. vsus-
9 fructus. ff. de stipulat. seruorū; secus in † hæreditate iacente, quæ repræsentat personam mortui, & defuncti. l. Labeo. ff. de vsucap. & ideo non potest dominium, neque possessionem acquirere. Castren. in l. 7. §. vlt. num. penu. in fine, & vlt. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Alexand. in d. l. j. §. municipes. num. 1. & 2. ff. de acquir. possess. & ibi etiam Castren. num. 1. & 2. Barto. in l. 2. §. vlt. num. 2. & 3. ff. de acquir. poss. & ex istis remanet sublatum primum fundamentum positum. Nec obstat secūdum fundamētum, dum dicebatur vniuersitatem non posse consentire, & per consequens ex defectu consensus non posse
10 possidere; quia intelligēdum hoc est de facili, sed † cum aliquali difficultate bene potest vniuersitas consentire. Alexan. in d. §. municipes. num. 1. & 2. Nec etiam est bo-
11 na opinio illorum, qui dixerunt † vniuersitatem nō posse possidere, sed dūtaxat administratores vniuersitatis; sequeretur enim vnum absurdum, quòd quilibet officialis, & administrator nouus ipsius vniuersitatis deberet de nouo accipere possessionem, & quòd mortuo administratore vacaret possessio; & sic sequeretur, quòd quoties mutarentur ipsi administratores, & officiales, toties diceretur interrupta vsucapio, & præscriptio, quia possessio diceretur mutari, vnde vniuersitates ferè nunquā possent vsucapere, & præscribere; contra l. 2. ff. de acqu. posses. Alex. in d. §. municipes. num. 6. Barto. in d. l. 2. §. vlt num. 2. & 3. ff. de acquir. posses. vniuersitates igitur verè & propriè dicuntur possidere, non solum per seipsas, sed etiam per seruos, & personas liberas, puta per

administratores & sindicos, per quos vniuersitas regitur. Bart. in d. l. 2. §. vlt. nu. vlt. ff. de acquir. possess. Alex. in
12 d. §. municipes. num. 6. regula enim est, † non tantùm per personas nostro iuri subiectas, sed etiam per alias extraneas, & liberas nostro iuri non subiectas possessionem nobis acquiri posse, vt per procuratorem, tutorē, curatorem, negotiorum gestorem, & alium legitimum administratorem, si procuratorio, vel administratorio nomine appræhendant possessionem. l. j. §. per procuratorē. ff. de acqui. possess. Nec obstat, quòd per liberam personā alteri regulariter non acquiratur. l. cùm hæredes. §. fin. ff. eod. quia hoc casu ministerium tantum nobis præstāt administratores. l. & licet. ff. de constit. pecunia; & ideo, cùm nudam operam, seu ministerium prestent in acquirenda possessione, ita vt possessio non radicetur in persona eorum, verè & propriè vniuersitas, & quilibet alius dominus per eos possidere dicitur, & nō per fictionem. l. certè. §. 1. ff. de precario. Ias. in d. §. per procuratorem. num. 3. & 4. Oynotomus in §. possidere. num. 149. Insti. de interdictis. Non solùm autem vniuersitatem possidere probatur eo ipso, quòd probatur aliquid fieri, seu possideri per sindicos, vel alios administratores; sed etiam
13 † vniuersitati acquiritur possessio per particulares personas ipsius vniuersitatis; vniuersitas enim dicitur possidere, licet singuli de vniuersitate possideant bona communitatis; vt quia in eis pasculent, vel nemora incidāt. Borgninus decis. 68. in addit. num. 12. fol. 533. glo. in l. 7. & ibi Castrens. num. vlt. ff. quod cuiusque vniuer. nom. vbi dicit, vniuersitatem posse probare se fuisse in possessione alicuius rei tanto tempore, probando quòd singuli de vniuersitate nomine ipsius vniuersitatis possederunt ipsam rem, tanquam pertinentem ad ipsam communitatem, licet non appareat de mandato illorum particu-
14 larium quia † patientia vniuersitatis habetur loco mādati. l. qui patitur. ff. mandati. quod enim pauci possederunt, extenditur ad vniuersos. Bald. in l. 7. §. 1. nu. vlt. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Ex quibus igitur possessorijs particulariū non queritur vniuersitati possessio; nisi probetur, quod singulares personæ possederint de mādato,

dato, vel scientia vniuersitatis, & quòd vniuersitas, vel eius administratores sciuerint tales particulares nomine vniuersitatis possidere, præcedente mandato ipsius vniuersitatis, vel subsequente ratificatione; nam † nobis
15 per liberam personam sine mãdato, etiam speciali, possessio non acquiritur. l communis seruus. ff. de acq. possess. possessio enim non acquiritur, nisi cõstet de animo, & voluntatè acquirendi ipsam possessionem; & de quo animo cõstare debet, cùm in dubio non presumatur nisi probetur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis. Bart. in l. pro hærede. in fine. ff. de acquir. poss. Ex actibus igitur possessorijs successiuis, & continuatis, factis per particulares personas vniuersitatis, probatur possessio ipsius vniuersitatis; quia ex huiusmodi actibus successiuis, & cõ-
16 tinuatis præsumitur † ratihabitio, quæ mandato æquiparatur. l. fin. C. ad S. C. Macedonianum; vndè per ratihabitionẽ, efficitur, & dicitur actus vniuersitatis; nam factum à singulis, censetur factum ab vniuersitate, quãdo vniuersitas sciuit, & passa est, nec contradixit, & factum non erat momentaneum; & hęc tantò magis procedunt, quando actus possessorij, facti à particularibus, respiciũt vtilitatẽ ipsius vniuersitatis, & ad ipsam principaliter pertinent, Benitend. decis. 70. per totam. latè de hac materia Hierony. de Monte in tract. de fin. regũd. cap 72. num. 4. cum plurib. seq.

Vniuersitas an, & quãdo vsucapere, & præscribere possit; & an, vel quando vniuersitatum res præscribi possint. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas præscribere, & vsucapere potest.*
2 *Præscriptio, & vsucapio sine bona fide non procedũt.*
3 *Vniuersitas nõ potest incipere præscribere, donec aliqui de vniuersitate viuunt, qui habent scientiam rei alienæ, & sic sunt in mala fide, sed illis mortuis poterit ab alijs initium sumere præscriptio.*

4 *Præscriptio, & vsucapio an procedat contra vniuersitates, & respublicas.*

5 *Præscriptio non habet locum in his rebus, quæ alienari non possunt.*

6 *Alienatio rerum publicarum non potest fieri, nisi seruatis solemnitatibus à lege introductis.*

7 *Præscriptio non currit contra pupillos.*

8 *Alienatio bonorum pupilli, et minoris regulariter est prohibita.*

10 *Alienatio bonorum dotalium regulariter est prohibita.*

11 *Cautio de damno infecto debet præstari per vniuersitatem pro publicis ædibus, quæ minantur ruinam; aliàs vicinus mittitur in possessionem ipsarum adiũ.*

12 *Præscriptio & vsucapio quanto tempore contra vniuersitates currat.*

13 *Lex vlt. C. de sacrosanctis eccl. an habeat locum non solum in ciuitatibus, sed etiam in castris, villis, & alijs terris.*

14 *Lex vltima C. de sacrosanct. eccl. quemadmodum est correcta in ecclesia, an etiam censeatur correcta in ciuitate.*

15 *Præscriptio centenaria requiritur contra ecclesiam Romanam, quadragenaria autem, contra alias ecclesias.*

16 *Ratio eadem, vel maior vbi est, idem ius est statuendum.*

17 *Religionis causa est priuilegiata, & fauorabilis.*

18 *Legum correctio in dubio præsumi, & admitti non debet.*

19 *Legum correctio ex identitate, vel maioritate rationis induci non debet.*

Vniuer-

1 Vniuersitatem † posse vsucapere, & præscribere, nemini dubium esse debet, ex his, quæ superiore capite diximus: Nam cum propriè & verè dicatur possidere, meritò igitur poterit vsucapere, & præscribere. vt de hoc est textus in l. 2. ff. de acquir. poss. §. Alex.
2 in l. 1. §. municipes. num. 6. ff. eod. sed quia † præscriptio, & vsucapio sine bona fide non procedunt. §. 1. Instit. de
3 vsucap. ideo † vniuersitas non potest incipere præscribere, donec aliqui de vniuersitate viuunt, qui habent scientiam rei alienæ, & sic sunt in mala fide; sed illis mortuis poterit ab alijs initium sumere præscriptio; & sic à principio requiritur bona fides: vnde si à principio vniuersitas esset in mala fide, licet hodie esset in bona, non præscriberet, in æternum; quia cum populus sit idem, semper videtur mala fides continuari: lapso tamen spatio centum annorum præsumuntur esse mortui omnes illi de vniuersitate, & sic incipere potest præscriptio. Hieronymus de Monte in tract. de fin. regun. cap. 72. num. 1. 2. & 3. decis. Auenionensis 128. num. 24. & 25. Borgninus decis. 45. in addit. num. 59. fol. 365. Nunc videamus an, quando, & quanto tempore vniuersitatũ
4 res præscribi, & vsucapi possint. Dubitatur igitur † an vniuersitatum res valeant præscribi. Pro opinione ne-
5 gatiua primò adducitur; quia † ea, quæ non possunt alienari, non possunt etiam præscribi. l. si fundum. ff. de
6 fundo dotali, sed † bona vniuersitatum simpliciter, & absolutè non possunt alienari, nisi certa forma, & certis solemnitatibus adhibitis, de quibus in l. fin. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. ergo etiam non poterunt præscribi, &
7 vsucapi. Similiter videmus, quod † res pupillorum non præscribuntur. l. bonæ fidei. vers. nec interest. ff. de acq.
8 rerum domin. Ratio est, quia † alienari regulariter non possunt. l. lex quæ tutores. C. de administrat. tut. Item
9 † fundus dotalis non potest præscribi, & vsucapi. l. si fun-
10 dum. ff. de fundo dot. & hoc propter † prohibitam eius alienationem. l. j. ff. eod. tit. de fundo dot. l. j §. & cum lex. C. de rei vxor. act. glo. in §. res fisci, in ver. non potest. Instit. de vsucap. ergo idem dicendum est in rebus & bo-

nis publicis, vt quemadmodum non possunt alienari, ita nec præscribi, & vsucapi. Secundò, pro ista opinione adducitur textus in l. præscriptio. C. de operibus publicis. l. 2. ff. de via publica. l. vlt. ff. de vsucapionibus cum l. 9. ff. eod. cuius l. 9. hæc sunt verba, vsucapionem recipiunt maximè res corporales, exceptis rebus sacris, sanctis, publicis populi Romani, & ciuitatum, item liberis hominibus. idem dicitur in l. 2. C. ne rei dominicæ. ergo res publicæ præscribi, & vsucapi non possunt. Contraria tamẽ opinio est verior, s. res, & bona vniuersitatum posse præscribi, & vsucapi, & hoc probatur primò per textum in l. si finita. §. si de vectigalib. ff. de damno infecto. vbi † si vniuersitas nolit cauere de damno infecto pro proprijs ædibus, quæ minantur ruinam, vicinus, qui petijt dictam cautionem, mittitur in possessionem ipsarum ædium, & incipit contra ipsam vniuersitatem currere præscriptio. Secundò, pro hac opinione adducitur textus in terminis in l vlt. C. de sacrosec. eccles. & in l. omnes. C. de præscript. xxx. annorum. Ex quibus legibus apertissimè liquet contra vniuersitates currere præscriptionem. Non obstant modo ea, quæ in contrarium adducebantur: nam ad primam respondetur bona vniuersitatum, minorum, & pupillorum, & rerum dotalium posse alienari multis in casibus, licet certæ solemnitates requirantur. Neque obstat secundum argumentum, quia illæ leges loquuntur de his rebus, quæ sunt in publico vsu, vt via, platea, theatrum, & huiusmodi alia, quæ nullo tempore præscribuntur; nos verò loquimur de alijs bonis communibus, & quæ sunt vniuersitatum: ita dicit Bart. in d. l. vlt. num. 13. C.

12 de sacros. eccl. † Quanto autem tempore præscribatur contra vniuersitates dispiciamus. Contra ciuitatem igitur in quatuor casibus non currit præscriptio, nisi centum annorum; qui casus sunt isti, in rebus relictis iure hæreditario, legatis, donatis, & venditis. d. l. vlt C. de sacros. eccl. & ibi etiam Bart. num. 1. & Ias. num. 20.

13 † cuius legis vlt. dispositio habet duntaxat locum in ciuitatibus, non autem in castris, villis, & alijs terris, secundum glosam in l. si finita. §. si de vectigalibus, in ver.

per

per longum tempus. ff. de damno infect. Castr. in l. 76. §. 1. num. 2. ff. de lega. 1. Contrarium autem, nempè dispositionem. d. l. vlt. non solum habere locum pro rebus ciuitatis, sed etiam pro rebus alicuius castri, & villæ, tenet Bart. in d. l. vlt. num. 9. & in Auth. de hæred. & Falcidia. in princip. num. 3. Ias. in l. 20. §. deinde. num. 3. ff. de noui oper. nunc. & in l. si hæres. num. 2. ff. de lega. 1. Rolan. à Val. consf. 90. num. 24. vol. 1. & hæc secunda opinio est verior, & magis communis. Sed dubitant Doctores nostri, vtrum quemadmodum † d. l. vlt. C. de sacrosf. eccl.
14 est correcta in ecclesia per auth. quas actiones. C. eo. tit. hodie enim per dictam authen. † sola Romana ecclesia
15 gaudet centenaria præscriptione, aliæ autem quadragenaria; an idem sit in ciuitate; vt quemadmodum d. l. vlt. est correcta in ecclesia, ita etiam censeatur correcta in ciuitate. Nonnulli dicunt, q sic; quia † vbi est eadem
16 ratio, vel maior idem ius est statuendum. l. illud. ff. ad legem Aquiliam; sed eadem, vel etiam maior ratio correctionis est in ciuitate, quàm in ecclesia: nam † summa
17 est ratio, quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de religiosis; ergo correctio facta in ecclesia habebit locum in ciuitate; & sic quemadmodum contra ecclesiam, excepta duntaxat Romana, præscribitur hodie spatio xl. annorum d. authent. quas actiones. ita etiam præscribi possit contra ciuitates, eodem temporis spatio, nempè xl. annorum. Contraria autem opinio est verior, & magis communis, s. d. auth. quas actiones. corrigentem in ecclesia, non intelligi corrigere in ciuitate, quia quod non mutatur, quare prohibetur firmum manere? maximè cum † in dubio legum correctio præsumi, & admitti non debeat. l. præcipimus. in fi C. de appellat. & quod
18
19 plus est, † etiam ex identitate, vel maioritate rationis non inducitur correctio legis. l. si verò. §. de viro. ff. sol. matrim. Circa quam materiam vide glosam in d. auth. quas actiones. in ver. excluduntur, & ibi Bart. num. 8. & in l. vlt. num. 12. 14. 18. 19. C. eod. tit. de sacrosf. eccl. Bald. in d. authen. quas actiones. num. 4. & ibid. Iason num. 21. Rol. à Valle consf. 27. num. 16. volum. 1. plura de materia, & intellectu dictæ auth. quas actiones Crauetta

scribit

scribit, in tract. de antiq. temp. fol. 149. num. 98. 99 cum plurib. seq. & fol. 182. num. 37. & 38. Extra autem supradictos quatuor casus, de quibus in d. l. vlt. C. de sacros. ecclesijs præscribitur contra vniuersitatem xxx. vel xl. annorum spatio l. j. 3. & 4. C. de præscript. xxx. annorum, glo. in d. l. vlt. in verbo centum annorum. vers. vel dic secundum Ioannem, &c.

Vniuersitas an, & quando habeat in integrum restitutionem. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1. *Vniuersitas pupillo, & minori æquiparatur.*
2. *Restitutio in integrum quemadmodum competit pupillis, & minoribus, ita & vniuersitatibus.*
3. *Pupilli, & minores sunt constituti sub regimine, & administratione tutorum, & curatorum.*
4. *Vniuersitas per eius administratores, seu rectores regitur, custoditur, & gubernatur.*
5. *Restitutio in integrum competit minoribus, & pupillis aduersus præscriptionem, contractus, pacta, & rem iudicatam.*
6. *Priuilegia omnia concessa pupillis, & minoribus censentur etiam concessa vniuersitatibus, quæ per administratores reguntur.*
7. *Restitutio in integrum vtrum competat duntaxat reipublicæ & ciuitati Romanæ, an verò omnibus alijs ciuitatibus.*
8. *Reipublicæ appellatione propriè intelligitur duntaxat de republica, & ciuitate Romana.*
9. *Legis verba debent intelligi secundum propriam significationem.*
10. *Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda.*
11. *Extensio legis per identitatem rationis est permissa.*

Legis

12 *Legis mens, nihil aliud est, quàm ratio.*
13 *Ciuitates omnes possunt dici respublicæ.*
14 *Restitutio in integrum competit Legatis ciuitatum.*
15 *Ius omne potentius est in causa, quàm in causato.*
16 *Restitutio in integrum vtrum competat villis, terris, castris, & alijs locis ciuitatibus inferioribus.*
17 *L. vlt. C. de vend. reb. ciuit. lib. 10. non solum habet locum in ciuitatibus, sed etiam in castris, villis, alijsque terris.*
18 *L. vlt. C. de sacros. eccl. & l. ciuitas ff. si cert. pet. locum habent non solum in ciuitatibus, sed etiam in castris, villis, & alijs terris, quæ per alios reguntur, & administrantur.*
19 *Reipublicæ appellatione largo modo veniunt castra, & villæ.*
20 *Restitutio in integrum intra quantum tempus ab vniuersitate peti debeat.*
21 *Restitutio in integrum an competat vniuersitati læsa, contrà aliam vniuersitatem.*
22 *Restitutio in integrum competit priuilegio, aduersus alium priuilegiatum.*
23 *Sententia lata contra vniuersitatem, an retractetur propter instrumentum de nouo repertum.*
24 *Restitutio in integrum an possit peti per sindicum vniuersitatis nomine ipsius communitatis, sine speciali mandato, an verò requiratur speciale mandatum.*
25 *Sindici vniuersitatum dicuntur habere publicum officium, & sic speciale mandatum.*
26 *Mandatum speciale non est necessarium ijs personis, quæ habent publicum officium.*
27 *Restitutio in integrum potest peti per legitimum administratorem sine speciale mandato.*
28 *Sindicus vniuersitatis æquiparatur legitimo administratori.*

Quo-


Voniam vniuersitates aduersus præscriptiones, sententias, & contractus, de quibus superius loquuti sumus, sæpè petunt restitutionem in integrum; idcirco operæ pretium esse duxi hoc loco aliqua de restitutione in integrum vniuersitatibus competente scribere. Certissima igitur est iuris conclusio
1 † rempublicam, seu vniuersitatem pupillo, & minori
2 æquiparari; ideoque † in integrum restitutionis auxi-
3 lium implorare posse; quemadmodum enim † pupilli, & minores sunt constituti sub regimine, & administra-
4 tione tutorum, & curatorum, ita & † vniuersitates sub cura, custodia, & regimine administratorum. l. respublica, & ibi etiam glosa 2. in vers. solet. C. ex quibus causis maiores in integrum restit. l. rempublicam. C. de iure reip. lib. 11. glo. in l. 3. & ibi etiam Bart. ff. de manumiss. quæ seruis glo. in l. j. §. vlt. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. Alex. consi. 196. num. 3. volum. 6. Bald. in l. 80. §. 1. num. 2. ff. de lega. 1. Si igitur vniuersitas æquiparatur pupillis,
5 & minoribus, sequitur quòd, sicut † minores, & pupilli restituuntur aduersus præscriptionem. l. fin. in fi. C. in quib. cau. in integrum restitutio non est necessaria. l. vnica. C. si aduers. vsucap. & etiam aduersus cōtractus, pacta, rem iudicatam; toto tit. ff. de minor. xxv. annis. & C. de in integr. restitutione minorum xxv. annis, & tit. si aduers. rem iudicatam, & multis alijs titulis positis lib. 2. Codicis, s. à tit. 22. vsq; ad titulum 55. in quibus hæc materia restitutionis tractatur. Ita etiam dicendum est, idem restitutionis in integrum auxilium, & benefi-
6 cium competere vniuersitatibus; ex quo omnia † priuilegia concessa pupillis, & minoribus censentur etiam omnibus cōcessa, qui per administratores regūtur, prout sunt vniuersitates, vt de hoc est glo. in l. 2. C. de curat.
7 furios. Sed dubitant Doctores nostri, † vtrum hoc beneficium restitutionis in integrum competat duntaxat reipublicæ, & ciuitati Romanæ; an verò omnibus alijs ciuitatibus. Quidam dicunt, restitutionis in integrum auxilium, & remedium competere solum ciuitati Ro-
8 manæ, & non alijs ciuitatibus. Nam † appellatione

reipu-

reipublicæ propriè intelligitur duntaxat de republica
& ciuitate Romana. Leum qui vectigal. l. sed & hi.ff. de
9 publicanis, sed † verba legis debent intelligi secundum
propriam significationem. l.j. §. si is, qui nauem. ff. de
exercit. actio. l.non aliter. ff.de leg. 3. ergo verbum rei-
publicæ positum in d. l. respublica. C. quibus ex causis
maiores, & in d.l.rempublicam. C. de iure reip. lib. 11.
propriè intelligendum est de ciuitate, & republica dun-
taxat Romana. Contrariam autem opinionem, nempè
restitutionis in integrum beneficium, non solùm com-
petere ciuitati Romanæ, sed etiam omnibus alijs ciui-
tatibus, tenet glo. in d.l.respublica, & in d.l.rempubli-
cam. Quæ opinio, primò probatur per d. l. respublica,
10 & per rempublicam, quæ † loquuntur generaliter, ergo
11 generaliter sunt intelligendæ. Secundò, † lex debet ex-
12 tendi per identitatem rationis, † non enim aliud est
mens legis, quam ratio. l.non dubium. C.de legib. sed ea-
dem est ratio in qualibet ciuitate, quæ est in republica
& ciuitate Romana; quia per alios reguntur, & admini-
strantur; sicut minores, & pupilli reguntur per tutores,
& curatores; ergo idem ius est statuendum. l.illud.ff.ad
l. Aquiliam; & sic nulla, quoad hoc restitutionis in inte-
grum auxilium, constitui debet differentia inter ciuita-
13 tem Romanam, & alias ciuitates; maximè cum † om-
nes ciuitates, dicatur respublicæ. l 3. C.qui pot. in pign.
cum glo. 1.l.j cum glo.j. cum l.2. per tot. C de debit. ciu.
lib. 11. Tertiò propter quòd vnumquodq; tale, & illud
14 magis. auth. multò magis. C.de sacrosc. eccl. sed † legati
ciuitatum propter ipsas ciuitates, idest intuitu, & con-
templatione ipsarum ciuitatum, habent beneficium re-
stitutionis in integrum. l.legatis.ff.ex quibus causis ma-
iores. ergo multò magis ipsæ ciuitates habebunt idem
15 beneficium restitutionis in integrum; † Omne enim ius
potentius est in causa, quàm in causato; & hoc, si non
ex dispositione dictæ l.respublica. & l.rempublicam. sal-
tem ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse vi-
debitur: & hæc opinio tanquam magis vera commu-
niter approbatur per Doctores nostros. Barr in d.l.res-
publica. num. 1. & 2. C. quib. ex caus. maiores. & ibidem
etiam

etiam Bald. num. 1. & alij Doctores. Specul. in tit. de restit. in integr. §. 2. vers. idem quoq; iuris. Quare concludendum est, auxilium, & remedium restitutionis in integrum, non solum ciuitati Romanæ, sed etiam omnibus alijs ciuitatibus competere. Ita tenet Ioannes Mauritius in tract. de restit. in integr. cap. 417. per tot.
16 & cap. 418. Sed quid dicemus de † villis, castris, & alijs terris, ciuitatibus inferioribus, an & ipsis quoque, vt ciuitatibus, huiusmodi restitutionis in integrum beneficium detur? an verò non? glo. j. in fi. in d. l. respublica. C. quib. ex causis maior. tenet quòd non. Bart. in d. l. respublica, & l. rempublicam distinguit hoc modo circa hanc quæstionem, num. 3. Quædam sunt castra, vel villæ, quæ habent multitudinem hominum, & habét regi per suos administratores, & publica negotia non possunt esse in omnibus verè, tunc in eis est eadem ratio, quæ in ciuitatibus, quantum ad hoc restitutionis beneficium, &
17 etiam quoad multa alia; videmus enim † dispositioné legis vlt. C. de vend. reb. ciuit. lib. 10. quæ loquitur de rebus ciuitatis védendis habere etiam locum in castris, villis, alijsque terris, quæ per alios reguntur. similiter
18 † dispositio l. finalis. C. de sacros. eccl. quæ est exorbitans, & l. ciuitas. ff. si cert. pet. quæ loquuntur de ciuitatibus, locum etiam habent in castris, villis, & alijs terris, quæ per alios reguntur, & administrantur: nam huiusmodi castra, & villæ sunt pars reipublicæ. l. insulæ. ff.
19 de iudicijs, & † largo modo dicuntur respublicæ. l. sed & hi. §. præterea. ff. de publicanis. Rolandus conf. 90. nu. 23. cum plurib. seq. vol. 1. cap. 1. & ibi Doctores. extra de restit. in integrum. Rol. conf. 68. num. 20. 21. 22. vol. 3. Iaf. in l. 20. § deinde, num. 3. ff. de oper. noui nunciat. & in l. vlt. num. 16. C. de sacros. eccl. & in l. si hæres, num. 3. ff. de lega. 1. quibus in locis scribitur, beneficium restitutionis in integrum, non solum ciuitatibus, sed etiam villis, castris, cæterisq; terris, quæ per alios reguntur, & administrantur cópetere. Ioannes Mauritius in tract. de restit. in integr. cap. 417. per totum, & cap. 418. Quędam verò sunt castra, & villæ, insequendo Bart. distinctionem, quæ habent paucos homines, fortè sex vel decem,

cem, & sic tractant negotia communitatis, tanquàm propria, & quilibet scit omnia ipsa negotia publica, & hoc casu, ex quo per se, & non per alios reguntur, est eadem ratio, quæ est in priuato maiore, & ideò restitutionis auxilium non habent; cessat enim ratio, quæ militat in ciuitatibus & castris, alijsque magnis vniuersitatibus, in quibus est multitudo hominum, qui reguntur per alios, scilicet administratores, & inter alias personas sunt pupilli, viduæ, & aliæ personæ miserabiles, quarum causa, & contemplatione conceditur restitutio in integrum vniuersitatibus. Hanc distinctionem, seu differentiam Bartolj inter vniuersitatem magnam, & paruam, quoad restitutionis in integrum beneficium sequuntur multi Doctores. Cagn. in l. si quis maior. num. 20. & 21. C. de transact. Alex. in l. ciuitas. num. 4. & 5. ff. si cert. pet. Maranta fol. 430. num. 97. Solus Baldus quem viderim in l. respublica, num. 2. C. quib. ex caus. maior. repræhendit hanc differentiam, quam facit Bart. inter paruam, & magnam vniuersitatem, tenendo indistinctè non solum ciuitates, sed etiam castra, villas, & alias terras siue magnas, siue paruas habere restitutionis in integrum beneficium. Dicit enim distinctionem, & differentiam Bartoli inter magnam, & paruam vniuersitatem, non probari lege, neque ratione; quia siue parua, siue magna sit vniuersitas non est ibi reperire verum consensum, nec veram negligentiam, sed fictam, cum multi sint in vniuersitate, qui non possunt verè consentire, vt pupilli, viduæ, minores, & multæ aliæ personæ miserabiles, quarum fauore huiusmodi castra, & villæ habent restitutionis in integrum auxilium, cum sint ex eodem corpore vniuersitatis. Hanc Baldi opinionem contra Bartolum sequitur Ioannes Mauritius in tract. de restit. in integr. cap. 417. num. 6. 7. & vlt. sed licet Baldus repræhendat hanc Bart. differentiam, tamen in effectu video vtrunque ex his Doctoribus, vnum, & idem dicere. Bartolus enim præsupponit, quòd in illa parua vniuersitate sint omnes maiores xxv. annis, qui per se, nec per alios regatur, nec in ea aliquis priuilegiatus existat, qui per se mereatur hoc beneficium restitutionis in

O inte-

integrum, quod potest esse presupponendo paucitatem numeri personarum, puta sex, vel decem; secus esset si in illo pauco numero personarum illius vniuersitatis reperirentur pupilli, viduæ, & aliæ personæ, quibus de per se hoc restitutionis in integrum auxilium cōperit; quia hoc casu, licet sit vniuersitas parua tamen quia est eadē ratio, quæ in alijs castris, & vniuersitatibus magnis, quia s. extant pupilli, minores, viduæ, & aliæ personæ miserabiles, quæ per se non reguntur, sed per alios; idcirco hoc casu huiusmodi vniuersitas, licet parua, gaudebit, & fruetur restitutionis in integrum beneficio.

20 Nunc videamus † quantum tempus habeat vniuersitas læsa ad petendam restitutionem. Qua in quæstione magna est differētia inter legistas, & canonistas. nam legistæ, & inter alios Accursius in l. superuacuam. C. de temporibus in integrum restit. & in l. Diuus. ff. de in integr. restit. & Azo. in summa, de restit. milit. tenent, quod quando vniuersitas est læsa in tempore minori quadriennio non detur quadriennium ad petendam restitutionem in integrum, sed duntaxat tantum tempus ad petendam dictam restitutionem in integrum, quantum fuit tempus, quod ei induxit læsionem. Hanc opinionē etiā tenet Dynus in §. rursus. Instit. de actionibus. Bart. & Bald. in l. interdum. ff. de minoribus, & in l. quod tempore. C. de restit. milit. licet aliter dicat in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. in 7. colum. ff. ex quibus causis maiores. vbi plenissime hunc articulum examinat. Sed multi Doctores tenuerunt contrarium, scilicet, tempus quadriennij, quod datur ad petendam restitutionem in integrum esse vniforme, siue læsio sit respectu contractus, siue respectu sententiæ, siue respectu temporis vltra quadriennium, siue minus quadriennio, vt per Doctores in d. l. superuacuum, vbi Albericus de Rosate dicit hanc opinionem esse approbatam de iure canonico, in Clem. j. de restit. in integrum, vbi Doctores dicūt nullo iure, neque aliqua lege probari restitutionem in integrum peti debere intra tantum tempus quantum fuit tempus impedimenti, sed sufficere proponere restitutionem in integrum intra quadriennium d. Clem. j. & d. l. su-

d.l.superuacuum, quæ hoc vult, si bene eius verba considerentur. Ioannes Mauritius in tract.de restit.in integrum. cap.42. per totum; & hæc opinio est magis communis, vt testatur Afflictus decis.175. per totam. Hanc eandem opinionem tenet Bart. in l.3. num.3. C. de iure Reip. lib. 11. & in l respublica.num.5.C.quibus ex causis maiores. glo.in §. pro temporalibus in verbo, annorum, in fine. Auth. de ecclesiast. titulis.glo. in l.3.C.de iure Reip. lib.11.gl.vlt.in l.35.ff.de re iudic.vbi expressè dicit, vniuersitatem posse restitui in integrum vsque ad quadriennium,nec enim in ipsa republica potest expectari tempus maioris ætatis; quod est hodie expressum in cap.1. ext.de in integr. restit. lib.6. Sed an vna
21 † vniuersitas læsa restitui possit in integrum aduersus
22 aliam vniuersitatem? Dic q sic. Nam † priuilegiatus restituitur in integrum aduersus priuilegiatum.l.finali, cum glo.ff. ex quib. cau. maiores. Maranta in suo Speculo aureo, in 6 par. in vers. & quandoque appellatus,
23 fol.430.num.97. in fine, & num.98. vbi si † vniuersitas habuit sententiam contra se, demùm reperit instrumétum propter quod proculdubio retractanda venit sententia, certè restituetur in integrum aduersus rem iudicatam, poteritque instrumentum de nouo repertum produci. Restat nunc pro complemento istius materiæ,
24 vt dispiciamus † an sindicus vniuersitatis possit petere restitutionem in integrum pro ipsa vniuersitate, sine speciali mandato;an verò speciale mandatum requiratur ad petédam huiusmodi restitutionem in integrum. Dic quod sindici vniuersitatum possunt, etiam sine specialimandato, petere restitutionem in integrnm, pro
25 ijsdem vniuersitatibus; quia † dicuntur habere publi-
26 cum officium,& † in publicis officijs non requiritur speciale mandatum; si autem esset sindicus alicuius collegij, puta fabrorum, vel mercatorum, tunc non posset petere restitutionem in integrum sine speciali mandato; quia non gerit officium publicum. Pro hac opinio-
27 ne facit, quia † legitimus administrator potest petere restitutionem in integrum sine speciali mandato.l.2. C. si sæpius in integr.restit. postulet.ergo idem erit dicen-

O 2 dum

nis publicis, vt quemadmodum non possunt alienari, ita nec præscribi, & vsucapi. Secundò, pro ista opinione adducitur textus in l. præscriptio. C. de operibus publicis. l. 2. ff. de via publica. l. vlt. ff. de vsucapionibus cum l. 9. ff. eod. cuius l. 9. hæc sunt verba vsucapionem recipiunt maximè res corporales, exceptis rebus sacris, sanctis, publicis populi Romani, & ciuitatum, item liberis hominibus. idem dicitur in l. 2. C. ne rei dominicæ. ergo res publicæ præscribi, & vsucapi non possunt. Contraria tamē opinio est verior, s. res, & bona vniuersitatum posse præscribi, & vsucapi, & hoc probatur primò per textum in l. si finita. §. si de vectigalib. ff. de damno
11 no infecto. vbi † si vniuersitas nolit cauere de damno infecto pro proprijs ædibus, quæ minantur ruinam, vicinus, qui petijt dictam cautionem, mittitur in possessionem ipsarum ædium, & incipit contra ipsam vniuersitatem currere præscriptio. Secundò, pro hac opinione adducitur textus in terminis in l. vlt. C. de sacrosf. eccles. & in l. omnes. C. de præscript. xxx. annorum. Ex quibus legibus apertissimè liquet contra vniuersitates currere præscriptionem. Non obstant modo ea, quæ in contrarium adducebantur: nam ad primam respondetur bona vniuersitatum, minorum, & pupillorum, & rerum dotalium posse alienari multis in casibus, licet certæ solemnitates requirantur. Neque obstat secundum argumentum, quia illæ leges loquuntur de his rebus, quæ sunt in publico vsu, vt via, platea, theatrum, & huiusmodi alia, quæ nullo tempore præscribuntur; nos verò loquimur de alijs bonis communibus, & quæ sunt vniuersitatum: ita dicit Bart. in d. l. vlt. num. 13. C.
12 de sacrosf. eccl. † Quanto autem tempore præscribatur contra vniuersitates dispiciamus. Contra ciuitatem igitur in quatuor casibus non currit præscriptio, nisi centum annorum; qui casus sunt isti, in rebus relictis iure hæreditario, legatis, donatis, & venditis. d. l. vlt C. de sacrosf. eccl. & ibi etiam Bart. num. 1. & Iaf. num. 20.
13 † cuius legis vlt. dispositio habet duntaxat locum in ciuitatibus, non autem in castris, villis, & alijs terris, secundum glosam in l. si finita. §. si de vectigalibus, in ver. per

per longum tempus.ff.de damno infect. Castr. in l.76.§. 1.num.2.ff. de lega.1. Contrarium autem, nempè dispositionem. d.l.vlt. non solum habere locum pro rebus ciuitatis, sed etiam pro rebus alicuius castri, & villæ, tenet Bart. in d.l.vlt. num.9.& in Auth. de hæred. & Falcidia. in princip.num.3.Ias. in l.20.§. deinde. num.3.ff.de noui oper. nunc. & in l.si hæres. num.2.ff. de lega. 1. Rolan. à Val.cons.90.num.24.vol.1.& hæc secunda opinio est verior, & magis communis. Sed dubitant Doctores no-
14 stri, vtrum quemadmodum † d.l.vlt. C. de sacros. eccl. est correcta in ecclesia per auth. quas actiones.C.eo.tit.
15 hodie enim per dictam authen. † sola Romana ecclesia gaudet centenaria præscriptione, aliæ autem quadragenaria; an idem sit in ciuitate; vt quemadmodum d.l.vlt. est correcta in ecclesia, ita etiam censeatur correcta in
16 ciuitate. Nonnulli dicunt, quod sic; quia † vbi est eadem ratio, vel maior idem ius est statuendum. l. illud. ff. ad legem Aquiliam; sed eadem, vel etiam maior ratio cor-
17 rectionis est in ciuitate, quàm in ecclesia: nam † summa est ratio, quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de religiosis; ergo correctio facta in ecclesia habebit locum in ciuitate; & sic quemadmodum contra ecclesiam, excepta duntaxat Romana, præscribitur hodie spatio xl. annorum d.authent. quas actiones. ita etiam præscribi possit contra ciuitates, eodem temporis spatio, nempè xl. annorum. Contraria autem opinio est verior, & magis communis, f. d.auth. quas actiones.corrigentem in ecclesia, non intelligi corrigere in ciuitate, quia quod non mutatur, quare prohibetur firmum manere? maxi-
18 mè cum † in dubio legum correctio præsumi, & admitti non debeat. l.præcipimus.in fi C.de appellat. & quod
19 plus est, † etiam ex identitate, vel maioritate rationis non inducitur correctio legis. l. si verò. §. de viro. ff.sol. matrim. Circa quam materiam vide glosam in d.auth. quas actiones. in ver. excluduntur, & ibi Bart. num.8. & in l.vlt.num.12. 14. 18. 19. C. eod. tit. de sacros. eccl. Bald. in d. authen. quas actiones. num.4. & ibid. Iason num.21.Rol.à Valle cons.27.num.16. volum. 1. plura de materia, & intellectu dictæ auth. quas actiones Crauetta

scribit

scribit, in tract. de antiq. temp. fol. 149. num. 98. 99 cum plurib. seq. & fol. 182. num. 37. & 38. Extra autem supradictos quatuor casus, de quibus in d. l. vlt. C. de sacros. ecclesijs præscribitur contra vniuersitatem xxx. vel xl. annorum spatio l. j. 3. & 4. C. de præscript. xxx. annorum, glo. in d. l. vlt. in verbo centum annorum. vers. vel dic secundum Ioannem, &c.

Vniuersitas an, & quando habeat in integrum restitutionem. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas pupillo, & minori æquiparatur.*

2 *Restitutio in integrum quemadmodum competit pupillis, & minoribus, ita & vniuersitatibus.*

3 *Pupilli, & minores sunt constituti sub regimine, & administratione tutorum, & curatorum.*

4 *Vniuersitas per eius administratores, seu rectores regitur, custoditur, & gubernatur.*

5 *Restitutio in integrum competit minoribus, & pupillis aduersus præscriptionem, contractus, pacta, & rem iudicatam.*

6 *Priuilegia omnia concessa pupillis, & minoribus censentur etiam concessa vniuersitatibus, quæ per administratores reguntur.*

7 *Restitutio in integrum vtrum competat duntaxat reipublicæ & ciuitati Romanæ, an verò omnibus alijs ciuitatibus.*

8 *Reipublicæ appellatione propriè intelligitur duntaxat de republica, & ciuitate Romana.*

9 *Legis verba debent intelligi secundum propriam significationem.*

10 *Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda.*

11 *Extensio legis per identitatem rationis est permissa.*

Legis

12 *Legis mens, nihil aliud est, quàm ratio.*
13 *Ciuitates omnes possunt dici respublicæ.*
14 *Restitutio in integrum competit Legatis ciuitatum,*
15 *Ius omne potentius est in causa, quàm in causato.*
16 *Restitutio in integrum vtrum competat villis, terris, castris, & alijs locis ciuitatibus inferioribus.*
17 *L. vlt. C. de vend. reb. ciuit. lib. 10. non solum habet locum in ciuitatibus, sed etiam in castris, villis, alijsque terris.*
18 *L. vlt. C. de sacros. eccl. & l. ciuitas ff. si cert. pet. locum habent non solum in ciuitatibus, sed etiam in castris, villis, & alijs terris, quæ per alios reguntur, & administrantur.*
19 *Reipublicæ appellatione largo modo veniunt castra, & villæ.*
20 *Restitutio in integrum intra quantum tempus ab vniuersitate peti debeat.*
21 *Restitutio in integrum an competat vniuersitati læsa, contrà aliam vniuersitatem.*
22 *Restitutio in integrum competit priuilegio, aduersus alium priuilegiatum.*
23 *Sententia lata contra vniuersitatem, an retractetur propter instrumentum de nouo repertum.*
24 *Restitutio in integrum an possit peti per sindicum vniuersitatis nomine ipsius communitatis, sine speciali mandato, an verò requiratur speciale mandatum.*
25 *Sindici vniuersitatum dicuntur habere publicum officium, & sic speciale mandatum.*
26 *Mandatum speciale non est necessarium ijs personis, quæ habent publicum officium.*
27 *Restitutio in integrum potest peti per legitimum administratorem sine speciale mandato.*
28 *Sindicus vniuersitatis æquiparatur legitimo administratori.*

Quo-



Voniam vniuersitates aduersus præscriptiones, sententias, & contractus, de quibus superius loquuti sumus, sæpè petunt restitutionem in integrum; idcirco operæ pretium esse duxi hoc loco aliqua de restitutione in integrum vniuersitatibus competente scribere. Certissima igitur est iuris conclusio
1 † rempublicam, seu vniuersitatem pupillo, & minori
2 æquiparari; ideoque † in integrum restitutionis auxi-
3 lium implorare posse; quemadmodum enim † pupilli, & minores sunt constituti sub regimine, & administra-
4 tione tutorum, & curatorum, ita & † vniuersitates sub cura, custodia, & regimine administratorum. l. respublica, & ibi etiam glosa 2. in vers. solet. C. ex quibus causis maiores in integrum restit. l. rempublicam. C. de iure reip. lib. 11. glo. in l. 3. & ibi etiam Bart. ff. de manumiss. quæ seruis. glo. in l. j. §. vlt. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. Alex. consi. 196. num. 3. volum. 6. Bald. in l. 80. §. 1. num. 2. ff. de lega. 1. Si igitur vniuersitas æquiparatur pupillis,
5 & minoribus, sequitur quòd, sicut † minores, & pupilli restituuntur aduersus præscriptionem. l. fin. in fi. C. in quib. cau. in integrum restitutio non est necessaria. l. vnica. C. si aduers. vsucap. & etiam aduersus cōtractus, pacta, rem iudicatam; toto tit. ff. de minor. xxv. annis. & C. de in integr. restitutione minorum xxv. annis, & tit. si aduers. rem iudicatam, & multis alijs titulis positis lib. 2. Codicis, s. à tit. 22. vsq; ad titulum 55. in quibus hæc materia restitutionis tractatur. Ita etiam dicendum est, idem restitutionis in integrum auxilium, & benefi-
6 cium competere vniuersitatibus; ex quo omnia † priuilegia concessa pupillis, & minoribus censentur etiam omnibus cōcessa, qui per administratores regūtur, prout sunt vniuersitates, vt de hoc est glo. in l. 2. C. de curat.
7 furios. Sed dubitant Doctores nostri, † vtrum hoc beneficium restitutionis in integrum competat duntaxat reipublicæ, & ciuitati Romanæ; an verò omnibus alijs ciuitatibus. Quidam dicunt, restitutionis in integrum auxilium, & remedium competere solum ciuitati Ro-
8 manæ, & non alijs ciuitatibus. Nam † appellatione

reipu-

reipublicæ propriè intelligitur duntaxat de republica & ciuitate Romana. Leum qui vectigal. l. sed & hi.ff. de
9 publicanis, sed † verba legis debent intelligi secundum propriam significationem. l.j. §. si is, qui nauem. ff. de exercit. actio. l.non aliter. ff.de leg. 3. ergo verbum reipublicæ positum in d. l. respublica. C. quibus ex causis maiores, & in d.l.rempublicam. C. de iure reip. lib.11. propriè intelligendum est de ciuitate, & republica duntaxat Romana. Contrariam autem opinionem, nempè restitutionis in integrum beneficium, non solùm competere ciuitati Romanæ, sed etiam omnibus alijs ciuitatibus, tenet glo. in d.l. respublica, & in d.l.rempublicam. Quæ opinio, primò probatur per d. l. respublica,
10 & per rempublicam, quæ † loquuntur generaliter, ergo
11 generaliter sunt intelligendæ. Secundò, † lex debet ex-
12 tendi per identitatem rationis, † non enim aliud est mens legis, quam ratio. l.non dubium. C.de legib. sed eadem est ratio in qualibet ciuitate, quæ est in republica & ciuitate Romana; quia per alios reguntur, & administrantur; sicut minores, & pupilli reguntur per tutores, & curatores; ergo idem ius est statuendum. l.illud. ff.ad l.Aquiliam; & sic nulla, quoad hoc restitutionis in integrum auxilium, constitui debet differentia inter ciuita-
13 tem Romanam, & alias ciuitates; maximè cum † omnes ciuitates, dicãtur respublicæ, l 3. C.qui pot. in pign. cum glo. i.l.j cum glo.j. cum l.2. per tot. C de debit. ciu. lib.11. Tertiò propter quòd vnumquodq; tale, & illud
14 magis.auth. multò magis. C.de sacros. eccl. sed † legati ciuitatum propter ipsas ciuitates, idest intuitu, & contemplatione ipsarum ciuitatum, habent beneficium restitutionis in integrum. l.legatis. ff. ex quibus causis maiores. ergo multò magis ipsæ ciuitates habebunt idem
15 beneficium restitutionis in integrum; † Omne enim ius potentius est in causa, quàm in causato; & hoc, si non ex dispositione dictæ l.respublica. & l.rempublicam. saltem ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur: & hæc opinio tanquam magis vera communiter approbatur per Doctores nostros. Bart in d.l.respublica. num.1.& 2. C.quib. ex caus. maiores. & ibidem etiam

etiam Bald. num. 1. & alij Doctores. Specul. in tit. de restit. in integr. §. 2. vers. idem quoq; iuris. Quare concludendum est, auxilium, & remedium restitutionis in integrum, non solum ciuitati Romanæ, sed etiam omnibus alijs ciuitatibus competere. Ita tenet Ioannes Mauritius in tract. de restit. in integr. cap. 417. per tot.
16 & cap. 418. Sed quid dicemus de † villis, castris, & alijs terris, ciuitatibus inferioribus, an & ipsis quoque, vt ciuitatibus, huiusmodi restitutionis in integrum beneficium detur? an verò non? glo. 3. in fi. in d. l. respublica. C. quib. ex caussis maior. tenet quòd non. Bart. in d. l. respublica, & l. rempublicam distinguit hoc modo circa hanc quæstionem, num. 3. Quædam sunt castra, vel villæ, quæ habent multitudinem hominum, & habét regi per suos administratores, & publica negotia non possunt esse in omnibus verè, tunc in eis est eadem ratio, quæ in ciuitatibus, quantum ad hoc restitutionis beneficium, &
17 etiam quoad multa alia; videmus enim † dispositionẽ legis vlt. C. de vend. reb. ciuit. lib. 10. quæ loquitur de rebus ciuitatis védendis habere etiam locum in castris, villis, alijsque terris, quæ per alios reguntur. similiter
18 † dispositio l. finalis. C. de sacros. eccl. quæ est exorbitans, & l. ciuitas. ff. si cert. pet. quæ loquuntur de ciuitatibus, locum etiam habent in castris, villis, & alijs terris, quæ per alios reguntur, & administrantur: nam huiusmodi castra, & villæ sunt pars reipublicæ. l. insulæ. ff.
19 de iudicijs, & † largo modo dicuntur respublicæ. l. sed & hi. §. præterea. ff. de publicanis. Rolandus consf. 90. nu. 23. cum plurib. seq. vol. 1. cap. 1. & ibi Doctores. extra de restit. in integrum. Rol. cons. 68. num. 20. 21. 22. vol. 3. Ias. in l. 20. § deinde, num. 3. ff. de oper. noui nunciat. & in l. vlt. num. 16. C. de sacros. eccl. & in l. si hæres, num. 3. ff. de lega. 1. quibus in locis scribitur, beneficium restitutionis in integrum, non solum ciuitatibus, sed etiam villis, castris, cæterisq; terris, quæ per alios reguntur, & administrantur cõpetere. Ioannes Mauritius in tract. de restit. in integr. cap. 417. per totum, & cap. 418. Quędam verò sunt castra, & villæ, insequendo Bart. distinctionem, quæ habent paucos homines, fortè sex vel decem,

cem, & sic tractant negotia communitatis, tanquàm propria, & quilibet scit omnia ipsa negotia publica, & hoc casu, ex quo per se, & non per alios reguntur, est eadem ratio, quæ est in priuato maiore, & ideò restitutionis auxilium non habent; cessat enim ratio, quæ militat in ciuitatibus & castris, alijsque magnis vniuersitatibus, in quibus est multitudo hominum, qui reguntur per alios, scilicet administratores, & inter alias personas sunt pupilli, viduæ, & aliæ personæ miserabiles, quarum causa, & contemplatione conceditur restitutio in integrum vniuersitatibus. Hanc distinctionem, seu differentiam Bartoli inter vniuersitatem magnam, & paruam, quoad restitutionis in integrum beneficium sequuntur multi Doctores. Cagn. in l. si quis maior. num. 20. & 21. C. de transact. Alex. in l. ciuitas. num. 4. & 5. ff. si cert. pet. Maranta fol. 430. num. 97. Solus Baldus quem viderim in l. respublica, num. 2. C. quib. ex caus. maior. repræhendit hanc differentiam, quam facit Bart. inter paruam, & magnam vniuersitatem, tenendo indistinctè non solum ciuitates, sed etiam castra, villas, & alias terras siue magnas, siue paruas habere restitutionis in integrum beneficium. Dicit enim distinctionem, & differentiam Bartoli inter magnam, & paruam vniuersitatem, non probari lege, neque ratione; quia siue parua, siue magna sit vniuersitas non est ibi reperire verum consensum, nec veram negligentiam, sed fictam, cum multi sint in vniuersitate, qui non possunt verè consentire, vt pupilli, viduæ, minores, & multæ aliæ personæ miserabiles, quarum fauore huiusmodi castra, & villæ habent restitutionis in integrum auxilium, cum sint ex eodem corpore vniuersitatis. Hanc Baldi opinionem contra Bartolum sequitur Ioannes Mauritius in tract. de restit. in integr. cap. 417. num. 6. 7. & vlt. sed licet Baldus repræhendat hanc Bart. differentiam, tamen in effectu video vtrunque ex his Doctoribus, vnum, & idem dicere. Bartolus enim præsupponit, quòd in illa parua vniuersitate sint omnes maiores xxv. annis, qui per se, nec per alios regãtur, nec in ea aliquis priuilegiatus existat, qui per se mereatur hoc beneficium restitutionis in

integrum; quod potest esse presupponendo paucitatem numeri personarum, puta sex, vel decem; secus esset si in illo pauco numero personarum illius vniuersitatis reperirentur pupilli, viduæ, & aliæ personæ, quibus de per se hoc restitutionis in integrum auxilium cõpetit; quia hoc casu, licet sit vniuersitas parua tamen quia est eadẽ ratio, quæ in alijs castris, & vniuersitatibus magnis, quia.f. extant pupilli, minores, viduæ, & aliæ personæ miserabiles, quæ per se non reguntur, sed per alios; idcirco hoc casu huiusmodi vniuersitas, licet parua, gaudebit, & fruetur restitutionis in integrum beneficio.

20 Nunc videamus † quantum tempus habeat vniuersitas læsa ad petendam restitutionem. Qua in quæstione magna est differẽtia inter legistas, & canonistas. nam legistæ, & inter alios Accursius in l. superuacuam. C. de temporibus in integrum restit. & in l. Diuus. ff. de in integr. restit. & Azo. in summa, de restit. milit. tenent, quando vniuersitas est læsa in tempore minori quadriennio non detur quadriennium ad petendam restitutionem in integrum, sed duntaxat tantum tempus ad petendam dictam restitutionem in integrum, quantum fuit tempus, quod ei induxit læsionem. Hanc opinionẽ etiã tenet Dynus in §. rursus. Instit. de actionibus. Bart. & Bald. in l. interdum. ff. de minoribus, & in l. quod tempore. C. de restit. milit. licet aliter dicat in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. in 7. colum. ff. ex quibus causis maiores. vbi plenissime hunc articulum examinat. Sed multi Doctores tenuerunt contrarium, scilicet, tempus quadriennij, quod datur ad petendam restitutionem in integrum esse vniforme, siue læsio sit respectu contractus, siue respectu sententiæ, siue respectu temporis vltra quadriennium, siue minus quadriennio, vt per Doctores in d. l. superuacuum, vbi Albericus de Rosate dicit hanc opinionem esse approbatam de iure canonico, in Clem. j. de restit. in integrum, vbi Doctores dicũt nullo iure, neque aliqua lege probari restitutionem in integrum peti debere intra tantum tempus quantum fuit tempus impedimenti, sed sufficere proponere restitutionem in integrum intra quadriennium d. Clem. j. &

d. l. su-

d.l.superuacuum, quæ hoc vult, si bene eius verba considerentur. Ioannes Mauritius in tract. de restit. in integrum. cap.42. per totum; & hæc opinio est magis communis, vt testatur Afflictus decis.175. per totam. Hanc eandem opinionem tenet Bart. in l.3. num.3. C. de iure Reip. lib. 11. & in l respublica. num.5. C. quibus ex caussis maiores. glo. in §. pro temporalibus in verbo, annorum, in fine. Auth. de ecclesiast. titulis. glo. in l.3. C. de iure Reip. lib. 11. gl. vlt. in l.35. ff. de re iudic. vbi expressè dicit, vniuersitatem posse restitui in integrum vsque ad quadriennium, nec enim in ipsa republica potest expectari tempus maioris ætatis; quod est hodie expressum in cap.1. ext. de in integr. restit. lib.6. Sed an vna
21 † vniuersitas læsa restitui possit in integrum aduersus
22 aliam vniuersitatem? Dic ꝙ sic. Nam † priuilegiatus restituitur in integrum aduersus priuilegiatum. l. finali, cum glo. ff. ex quib. cau. maiores. Maranta in suo Speculo aureo, in 6. par. in vers. & quandoque appellatus,
23 fol.430. num.97. in fine, & num.98. vbi si † vniuersitas habuit sententiam contra se, demùm reperit instrumétum propter quod proculdubio retractanda venit sententia, certè restituetur in integrum aduersus rem iudicatam, poteritque instrumentum de nouo repertum produci. Restat nunc pro complemento istius materię,
24 vt dispiciamus † an sindicus vniuersitatis possit petere restitutionem in integrum pro ipsa vniuersitate, sine speciali mandato; an verò speciale mandatum requiratur ad petédam huiusmodi restitutionem in integrum. Dic quod sindici vniuersitatum possunt, etiam sine specialimandato, petere restitutionem in integrnm, pro
25 iisdem vniuersitatibus; quia † dicuntur habere publi-
26 cum officium, & † in publicis officijs non requiritur speciale mandatum; si autem esset sindicus alicuius collegij, puta fabrorum, vel mercatorum, tunc non posset petere restitutionem in integrum sine speciali mandato; quia non gerit officium publicum. Pro hac opinio-
27 ne facit, quia † legitimus administrator potest petere restitutionem in integrum sine speciali mandato. l.2. C. si sæpius in integr. restit. postulet. ergo idem erit dicen-

O 2 dum

28 dum in † sindico, quia æquiparatur legitimo administratori. Bald. in l. iusiurandum. §. defensor. ff. de iureiur. & in l. vnica, num. vlt. C. etiam per procurat. caus. restit. in integr. & in l. 26. §. 1. num. vlt. ff. de minor. xxv. annis.

De redditione rationum fienda per administratores vniuersitatum. Cap. Vltimum.

SVMMARIVM.

1 *Administratores omnes regulariter tenentur conficere librum rationum, & in eo data, & accepta scribere; finitaque administratione, rationem administrationis reddere, cum reliquatus restitutione.*

2 *Tutores, & curatores tenentur reddere rationem administrationis, cum reliquatus restitutione, & similiter.*

3 *Negotiorum gestores.*

4 *Procuratores ad lites, & negotia.*

5 *Exequutores testamentorum.*

6 *Exequutores sententiarum.*

7 *Curatores ad lites.*

8 *Hospitalarij, & œconomi.*

9 *Hæredes grauati per fideicommissum.*

10 *Serui, & socij.*

11 *Frater qui existens cum fratribus in communione administrauit bona communia.*

12 *Pater licet non teneatur reddere rationem filijs de bonis in quibus habet legitimam administrationem, tamen quando non est legitimus administrator, & gerit negotia filij, tenetur reddere rationem.*

13 *Sindicus, actor, & quilibet alius administrator publicus tenetur reddere rationem administrationis, cum reliquatus restitutione.*

Admi-

14 *Administratores publici possunt compelli per superiorem ad reddendum rationem eorum administrationis, & ad exhibendos libros rationum, & impensarum.*

15 *Liber rationum qualiter per administratores publicos confici debeat.*

16 *Administratores publici an, & quando præsumantur locupletati ex publica administratione, & quando non.*

17 *Ratio edi debet à capite.*

18 *Administratores publici non exhibentes librum rationum, an, quando, & qualiter teneantur.*

19 *Dolus quid sit.*

20 *Administratores publici si dicant libros rationum non habere, vel amisisse, an eis credatur.*

21 *Libri rationum, confecti per administratores publicos, finito officio, vel administratione, cui restitui debeant.*

22 *Sententia quo casu possit contra absentem proferri.*

23 *Error calculi quando possit opponi in redditione rationum facta per administratores publicos.*

24 *Administratores publici tenentur præstare fideiussores reipublicæ de rectè administrando.*

25 *Fideiussores administratorum publicorum ad quid teneantur.*

26 *Fideiussores administratorum publicorum non possunt conueniri, nisi excussis bonis principalis.*

27 *Pater non tenetur cauere pro filio publicam administrationem acceptante, nec filius pro patre.*

28 *Filius si volente, & consentiente patre administrationem reipublicæ suscepit, in solidum obligatur pater pro filio, quasi eius fideiussor.*

29 *Pater an, & quando teneatur pro filio.*

30 *Administratores publici ad quid teneantur reipublicæ.*

O 3 *Admi-*

31 *Administrator publicus electus ab vniuersitate an possit ab huiusmodi nominatione, & electione appellare?*

32 *Administratores, & officiales publici tenentur erga rempublicam de negligentia.*

33 *Administratores publici differentes solutionem publici debiti ad quid teneantur.*

34 *Administratores publici si publicam pecuniam mutuò alicui minus idoneo dederint, an, quando, & qualiter teneantur, & quando liberentur.*

35 *Administratores publici negligentes in exigendis publicis debitoribus an, & quando teneantur, si nomina debitorum facta sint deteriora.*

36 *Administratores publici qualiter propter negligentiam puniantur.*

37 *Administratores publici tenentur de dolo.*

38 *Administratores, & officiales publici retinentes, & vsurpantes pecuniam publicam qualiter teneantur, & puniantur.*

39 *Administratores publici si quid dolo malo in administratione gesserint puniuntur in quadruplum.*

40 *Administratores publici si plures sint, & delinquãt in officio, & administratione, an pluribus pœnis, an verò vna duntaxat teneantur?*

41 *Administratores publici si aliquid de facto, & iniustè exigant, ab aliqua particulari persona, & indebitè exactum peruenerit ad ipsam vniuersitatem, seu eius thesaurarium, qualiter consulatur ei, à quo indebitè exactum est.*

42 *Administratores publici tenentur de lata culpa, & leui, non autem de leuissima culpa, vel casu fortuito, vel vitio naturali.*

43 *Administratores publici an teneantur, si nomina debitorum sint facta deteriora?*

44 *Casus fortuitos nullũ humanũ consiliũ prauidere põt.*

Casus

45 *Casus fortuiti periculum an, & quando pertineat ad administratores publicos, tutores, negotiorum gestores, & procuratores.*

46 *Administratores publici quando censeantur liberati à dolo, lata, & leui culpa, & à præstatione damnorum, & interesse.*

47 *Administratores publici quando plures reperiuntur, an vnus teneatur pro alijs.*

48 *Administratores publici an, & quando teneantur pro officialibus nominatis.*



Voniam redditio rõnum est extremus & vltimus actus, qui geritur per administratores, idcirco hoc postremo capite huius tertiæ partis præsentis nostri tractatus reseruaui aliqua de ista materia breuiter, & strictim pertractare. Certissima est igi-
1 tur, & indubitata iuris conclusio, † vnumquemq; administratorem regulariter teneri conficere librum rõnum, & in eo data, & accepta scribere, finitaq; administratione, rõnem administrationis reddere, cum reliquatus re-
2 stitutione. † Hoc enim videmus in tutoribus. toto tit. C. arbitrium tutelæ. l. j. & toto tit. ff. de tutel. & rat. distrah.
3 in curatoribus. l. aduersus. l. rões. C. de admin. tut. † in
4 negotiorum gestoribus. l. 2. & ibi Bart. ff. de neg. gest. † in procuratoribus ad lites, & negotia. l. si remunerandi. l. si
5 procuratorem. §. j ff. mandati. † in executoribus testa-
6 mentorum. cap. tua nobis. ext. de testam. † in executio-
7 nibus sñiarum. l. executorem. C. de execu rei iud. † in curatorib. ad lites. §. vlt. cum glo. Instit. de auctorit. tut.
8 † in hospitalarijs, & œconomis. §. œconomos autem. Auth. de sanctiss. episcopis. glo. in l. 30. in glo. vlt. C. de
9 episc. & clericis, & not. in §. pen. in Auth. de eccl. tit. † in hæredib. grauatis per fideicommissum, vt per Bart. in l.
10 cùm talem. ff. de cond. & demonstrat. † in seruis, & so-
11 cijs. Socinus conf. 24. num. 37. † in fratre, qui existens cum fratribus in communione administrauit bona com
12 munia. Socinus conf. 37. per totum. † Idem videmus in

patre, qui licet non teneatur reddere rationem filijs de bonis, in quibus habet legitimam administrationem, iuxta l. cum oportet. C. de bonis, quæ liberis tamen q̃ñ nõ est legitimus administrator, & gerit negotia filij, tenetur reddere rationem. l. litis. §. pater. & ibi Bart. ff. de
13 negotijs gestis. † Idem ẽt videmus in actore, sindico, & quolibet administratore reipublicæ, seu vniuersitatum.
14 † Quos omnes superior potest etiam ex officio, compellere ad reddendam rationem; necnon potest libros rationum, & impensarum per ipsos publicos administratores scriptos videre. Bart. in l 3. & ibi in addit. ff. ad l. Iul. de annona. & decis. Auenio. 13. per totam. l. j. l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Bart. in l. comperimus. C. de nauicularijs. lib. 11. & vt generaliter concludam, quicunque alienarum rerum administrationem suscipit, regulariter tenetur ad redditionem rõnis, cum reliquatus restitutione; iuxta illud Euãgelij. redde rõnem villicationis tuæ, vt habetur in cap. qualiter, & quando. col. 2. ext. de accusat. Rol. à Valle.
15 cons 49. per tot. vol. 1. † Administratores igitur rerum publicarum tenentur cõficere librum administrationis, & in eo data vel accepta cui, vel à quo, & ex qua causa, & qua die nominatim, & singulariter scribere: nam nisi hæc fiant, non potest postea conuenienter reddi ratio administrationis. tex. est in l. comperimus, & ibi etiam Bart. C. de nauicularijs. lib. 11. text. est elegantiss. in l. 2. §. quod de frumentaria. in illis verbis. ratio tñ administrationis secundum fidem acceptorum, & datorum ponatur. ff. de administr. rer. ad ciu. pertin. l. j. C. de appochis publicis. lib. 10. & si perfectè omnia non scribant, dicuntur esse in dolo, & puniuntur. l. excellentia. C. de erogatione milit. anno. lib. 12. Bald in l. vbi exigitur. §. dolo. ff.
16 de adendo. nec mirum, quia † ex huiusmodi publica administratione præsumuntur locupletati, nisi aliud doceatur; maximè si tempore quo cęperunt administrare erant pauperes, & tempore finitæ administrationis repe riuntur diuites; præsumuntur enim ditati ex pecunijs publicis; secus si bonam rationem eorum administratio nis reddant, quia hoc casu non præsumuntur fuisse aliquid

quid lucrati ex bonis publicis administratis. Bald. in l. 6. num. 13. C. de bonis, quæ liberis. Borgninus decis. 37. num. 36. fol. 292. glo. in l. verum, & ibi Angel. ff. de petit. hæred. glo. in l. siue. §. Modestinus. ff. de administr. tut. Debent igitur in huiusmodi libris rationum, administratores publici describere, & notare reditus, & fructus, qui percipiuntur ex bonis publicis, quorum administrationem habent, & non confusè, nec in genere, asserentes se tantum expendisse, & tantum recepisse, sed sigillatim, & distinctè, vt puta ex tali fundo, & à tali colono tantum percepi, & à tali tantum, omniaque in ipso libro rationum data, & accepta nominatim, & specifice scribere; quia alias non esset rationem reddere. l. cum seruus. ff. de condit. & demonstrat. si enim sic sint specificè singula declarata, veritas, & falsitas depræhendi potest; non sub nube, & generaliter affirmando sic esse, vel non esse. l. argentarius. ff. de edendo. quia qui aliter redditrationem non dicitur reddere; quia intelligi non potest l. antepenult. ff. de condit. & demonstrat. Tenentur igitur rectores, & administratores rerum publicarũ conficere librum vel codicem rationũ, de his, quæ ad ipsos perueniunt ex bonis publicis; quoniam impossibile est, nisi ostendatur liber rationum, in quo accepta & data
17 sint descripta, vt reddi possit ratio. Nam cùm † rationẽ edi à capite sit necesse. l. argentarius. §. edi. ff. de edendo. quomodo caput, & finis, rationibus non compositis, & reductis in codicem, poterit fieri? certè nullo modo; &
18 ideo † si ipsi publici administratores librum rationum non exhibeant, eo quia nullũ confecerint, ex quo statim in eis dolus præsumptus depræhenditur, tenebuntur ad interesse, declarandum per iuramentum in litem, quod prestabitur per vniuersitatem, in personam eorum, qui ipsam regunt; idemq, iuris est si confecerint, & exhibuerint ipsum librum rationum, sed minus legitimè, & rectè, vt quia multa omiserint scribere, quę ad ipsos peruenerunt, vel in ipso libro rationum scripserint se soluisse pecunias, quas verè non soluerunt, quia cum arguatur in eis dolus, & falsitas in præiudicium vniuersitatis conuertendo pecuniam publicam in propriam vtilitatem,

tem,propriosque vsus, possunt dici prædones. est enim
19 † dolus, falsa asseueratio, scienter facta,cum animo fallendi. l. j.ff. de dolo. & ideò contra ipsos iuratur in li-
20 tem † nec digni sunt excusatione si dicant libros non habere, vel amisisse; quia eis non creditur, nisi hoc probent, cùm eorum esset officium diligenter ipsos libros rationum custodire; vndè præsumuntur malitiosè eos occultare, iuxta nota t.in l. si quis ex argentarijs. §. penult.ff.de edend. Rolandus consil.49. per totum vol.
21 1. Borgninus decisione 37. num. 10. folio 298. quos † libros rationum, finito officio, seu administratione restituere debent ipsi communitati, & vniuersitati, uel reuisoribus rationum ab vniuersitate deputatis; qui reuisores possunt pronuntiare officialem,& administratorem præteritum esse debitorem vniuersitatis, etiam eo absente: cùm enim non requiratur alia cognitio, nisi
22 computatio rationis, meritò † potest proferri sententia contra huiusmodi officialem præteritum, etiam absentem. textus est in l.2. §. quod de frumentaria, ubi etiam Bartol. ff.de administrat. rerum ad ciuit.pertin. Peregrin in tractat.de iure fisci.lib.6.tit.7.num.6. Hieronym.de Monte,in tract.de fin.regun.c.32.num.6. Cæ-
23 terùm † reipublicæ rationes subscriptæ,& expunctę aduersus eum quidem qui administrauit ultra uiginti,aduersus uerò eius hæredem ultra decem annos retractari non possunt.l.13.§.j.ff.de diuers.& temp.præscript.l.9.ff. de administratione rerum ad ciu.pertin.l.2. cum glo.C. de iure fisci lib. 10. quibus in legibus tractatur an, & quando error calculi, in redditione rationis reipublicæ facta,opponi possit. Quid autem veniat in hac redditione rationum per administratores publicos præstan-
24 dum breuiter dicamus. Præmitto igitur,† administratores publicos teneri cauere reipublicæ de rectè admi-
25 nistrando, & rempublicam saluam fore, † qui fideiussores non tenentur in vsuras, nec in alias pœnas pro ipsis administratoribus, sed duntaxat in sortem. l. 21. §. Paulus respondit. ff.ad municipales.l. vnica. C.de periculo eorũ, qui pro magistrat. interuen. lib. 11. l. 69.ff.de
26 fideiuss. & huiusmodi † fideiussores administratorum publi-

publicorum non possunt conueniri; nisi principali excusso;etiamsi de bonis principalis aliqua bona emerint. l.1.cum glo. C. de conueniendis fisci debitoribus lib. 10.
27 non tamen † pater tenetur cauere pro filio, nec filius pro patre. l 4.§.pen.ff.de administratione rerum ad ciuit.pertin.iuncto §.vlt.l.24.ff.ad municip.l.16. §.2. ff.de
28 muner.& honor.si tamen † filius volente, & consentiẽte patre administrationem reipublicæ suscepit, insolidum, obligatur pater, quasi fideiussor pro filio,excussis tamen prius bonis filij. l. 8. ff. eodem. l. 2. ff. ad muni-
29 cip. l. 17. §. j. ff. de muner. & honor. idem est † si ex post facto pater ratificauit electionem factam in persona filij. l.6.§.pater.ff.de decurio.l.7.§.vlt.ff.eod l.j.C.de decurion.lib.10. Sciendum itaque est † administratores publicos teneri resarcire omnia damna, quæ ob eorum culpam reipublicæ eueniunt. l.j.C. de periculo nominatorum lib. 11.l.80.§. 2.ff.de legat. 2. nec fit compensatio damni prouenientis ex culpa publici administratoris cum lucro proueniente ex lege vel consuetudine, licet prouenerit propter ipsius contractum; sed cum proueniente ex contractu, & diligentia ipsius administratoris benè admittitur compensatio. l.11. ff. de vsur. qui text. in hac materia est elegantissimus: quod si administratores publici, electi ab vniuersitate, iniunctum munus suscipere supersederint, tenentur ad omnia damna,quę propter hoc reipublicæ eueniunt. l. 21. ff. ad municipa-
30 les: † possunt tamen, à tali nominatione appellare; sed si frustratoriam interposuerint appellationem, tenẽtur pariter reipublicæ de damno, quod interim ei accidit. l.1 .ff.si tutor vel curator, vel magistratus crea. appell. l.27.C.de appell.l.2.l.18. C. de decurion.lib.10.l. 1. Cod. sumptus iniuncti muneris. lib. 11. quare in hac ratione
31 redditionis † venit omne illud quod ipsi administratores, & officiales negligenter omiserunt, puta si fuerunt negligentes in exigendo cautionem de legato vel fideicommisso pręstandam,hoc enim casu tenebuntur ad interesse ipsi vniuersitati. tex. est elegantissimus in l. 2.C. de admi.re.publ.lib. 11. vel etiam si negligentes fuerunt in exigendis legatis relictis ciuitati, vel omnimodò cessauerint,

sauerint, nam & ipsi,& eorum hæredes, & fideiussores tenentur. l.vlt.§.2.ff.ad municip.l.1.C.de periculo no-
33 minatorum.lib.11.vel etiam † si legatum, vel fideicom missum debitum ab vniuersitate supersederint soluere; tenentur enim damnum quod reipublicæ ex huiusmodi
34 mora accidit sarcire. l.80.§.2.ff.de legat.2. vel etiam † si publicam pecuniam mutuam dederint alicui minus idoneo, cuius facultates, conditionem, & qualitatem diligenter perscrutari, & inuestigare debebant. l. qui cum alio. ff.de reg.iur.hoc enim casu huiusmodi administratores publici tenentur ipsi reipublicæ ad sortem duntaxat, non autem ad vsuras.tex.est in l.vnica. & ibi etiam Bart.C.de his qui ex officio quod administrauerũt conuen.lib.11.l.vlt.in princ. ff. de admin.rerum ad ciu. pertin.l.21.§.Paulus respondit.ff.ad municipales.Huiusmodi tamen administratores publici si mutuo pecuniam publicam alicui dederint,& pignus acceperint,certè liberantur si pignus non sufficiat, vel debitor non si soluendo, si sequentes administratores nomen debitoris, & pignus approbauerint. l. 36.§.Titius. ff.ad municipa-
35 les vel etiam † si negligentes fuerunt in exigendis publicis debitoribus. hoc enim casu si nomina debitorum deteriora facta sunt tempore administrationis alicuius officialis reipublicæ, huiusmodi periculum ad ipsum administratorem pertinet; secus si ante administrationem per eum susceptam idonea non erant. l.vlt. §. pen. ff. de
36 administratione rerum ad ciuit. pertinen. † Quoties autem administratores publici propter negligentiam puniuntur, constat eos duntaxat in simplum puniri, & teneri. l.imperatores. §. item rescripserunt curatores. cum l.7.ff.de administratione rerum ad ciuit.pertinent.
37 Ozas.decis.109.num.8.si igitur † publici administratores,tenentur de negligentia,multò magis tenebuntur de dolo. l.7.ff.de administrat.rerum ad ciuit.pertinen. vn-
38 dè † administratores publici dolo malo retinentes pecuniam publicam, tenentur eam reipublicæ restituere, cum vsurarum etiam præstatione; nisi aliquam iustam causam alliegent, ob quam tardius soluerunt pecuniam publicam.l.vlt.in princ.iuncto §.vlt.ff.de administratione rerum

ne rerum ad ciuit.pertinen. l.cùm quidam. §. eos. ff. d vsur. cuius verba hæc sunt; eos qui ex administratione rerum ciuitatum conueniuntur, vsuris obnoxios esse satis notum est. Idem obseruatur in operum curatoribus, si pecunia apud eos remansit; sed in ea quam redemptoribus commiserunt, etiamsi negligenter dederint, vsura eis remittitur. Hæc autem sunt ita, si nulla fraus arguitur, alioquin etiam vsuræ applicabuntur. Si igitur administratores publici pecuniam publicam in vsus suos conuertant, & sic dolum committant circa administrationem, non solum tenentur ipsi, sed & eius fideiussores, ad restituendam pecuniam cum vsurarum præstatione; secus si per culpam & negligentiam malè administrauerunt; hoc enim casu tam ipsi, quàm eorum fideiussores tenentur solum in sortem, & non ad vsuras.
39 l. in constitutionibus. ff. ad municipales. Præterea, † si quid dolo malo administratores publici in administratione gesserint, non solum ad vsuras vsurarum, & ad vsuras centesimas tenentur, sed etiã puniuntur in quadruplum. Castrens. in l. 40. num. 1. & 2. ff. de neg gest. Borgnin. decis. 26. num. 64. fol. 576. & tenentur lege Iulia de residuis, non autem lege Iulia peculatus, si pecuniam publicam subtrahant, & si quid apud eos remansit de bonis, & rebus communitatis. l. lege. §. lex Iulia. ff. ad l.
40 Iuliam peculatus, & hoc casu † si plures sint administratores vna duntaxat pœna omnes tenentur. l. si multi ff. de publicanis. l. tres tutores. ff. de administratione tut. Bart. in l. 9. §. Labeo. num. 2. ff. ad l. Iuliam peculatus. tenentur etiam furti hi administratores, qui subrahunt pecuniam publicam alicuius ciuitatis; exceptis administratoribus ciuitatis Romanę, qui subtrahãt pecuniam ipsius ciuitatis. lege Iul. peculatus tenentur. l. ob pecuniã. ff. de furtis. l. 4. §. pen. ff. ad l. Iul. pecul. §. item lex Iulia peculatus, & ibi etiam glo. 1. Instit. de publicis iudi. Rolan. à Valle cons. 84. num. 26. vol. 2. Castrens. in rubr. ff. ad l. Iul. peculatus. num. 1. de qua materia, qualiter sci licet puniatur vsurpans pecuniam publicam, vide Ang.
41 in l. 9. C. de suscep. lib. 11. Quid autẽ † si administratores publici aliquid de facto exigant indebitè, & illud peruenerit

nerit ad ipsam vniuersitatem, seu eius thesaurarium?
Certè hoc casu debet hoc restitui per vniuersitatem ei à quo exactum est indebitè; secus si præcessit sententia condemnatoria, licet iniusta; tunc enim ab vniuersitate non posset condemnatus repetere condictione indebiti; Bart. in l.2.§.graui.ff.de administratione rerum ad ciui-
42 tat. pertinen. † Non solùm autem administratores publici tenentur de dolo, sed etiam de lata culpa, & leui. secus de leuissima culpa, vel casu fortuito, vel si quid vitio naturali acciderit. Borgninus decis.37.nu. 12. & 22.
43 fol.298.& ob id † si à principio debitores publici erant idonei, sed postea ex aliquo casu fortuito lapsi sunt facultatibus, non tenentur administratores publici, qui
44 cum huiusmodi debitoribus contraxerũt, quia † fortuitos casus nullum humanum consilium prçuidere potest. l.2.§.si eo tempore. ff.de administratione rerum ad ciui
45 tatem pertinentium; Videmus enim † idem esse in tutore. l.si res pupillaris. ff. de administratione tutorum; in negotiorum gestore, & procuratore. l.22. C. de neg.
46 gestis, cum glo.1. † Quoties autem huiusmodi publici administratores faciunt illud quod quilibet bonus paterfamilias fecisset in rebus suis administrandis, dicuntur liberati à dolo, lata, & leui culpa. Borgnin. d.decis. 37.num.14. idemque iuris est, si se gesserunt in administratione secundum morem, & consuetudinem aliorum administratorum. Borgnin.ibidem num.19. & prædicta locum habent, quando huiusmodi administratores publici habent liberam administrationem; secus si non habeant liberam administrationem, vt quia non possint administrare sine clauibus, & præsentia aliarum personarum; hoc enim casu si administrauerunt cum dictis clauibus, & personis non tenentur ad damna, & interesse, nec ad aliquid aliud, nec contra eos potest iurari in litem. Borgnin.dicta decis.37.num.20. cum pluribus
47 seq. † An autem, quãdo plures administratores publici reperiuntur, vnus teneatur pro alijs? vide tex.in l.2. §.ius reipublicæ, cum glo.in verbo, facto.ff.de administratione rerum ad ciuit.pertinen.cum l.3. & 4. l. vlt. §. antepen.cum glo.ff.eodem. l.11.12.13.21.ff. ad munici-
pales.

pales. l. 1. & 3. C. de conuen. fisc. debit. lib. 10. & toto titu.
48 C. quo quisque ordine conueniatur. lib. 11. Et † an, & quando administratores vniuersitatum teneantur pro officialibus nominatis. vide l. 2. §. si eo tempore, iuncta ibid. glo in verbo, idoneus ff. de administratione rerum ad ciuitat. pertinen. lib. 11. 12. 13. 25. §. j. l. 17. §. pen. & vlt. ff. ad municip. l. vltima. C. de filijs famil. & quemadmodum pater. lib. 10. l. 3. C. de conuenien. fisci debit. lib. 10. l. 1. & 2. C. de periculo nominatorum lib. 11. & l. 2. 3. & 4. C. quo quisque ord. conueniatur lib. 11. quibus in locis hæc materia plenissimè tractatur. Et ex istis impositus sit finis huic tertiæ parti huiusce nostri tractatus.

Tertiæ Partis finis.

TRA-

TRACTATVS DE IVRE Vniuersitatum.

PARS QVARTA.

De delictis, vel quasi delictis vniuersitatum. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas an propriè, & verè possit delinquere.*
2 *Vniuersitas potest metum inferre.*
3 *Metum inferre est delinquere, & delictum importat metus illatio.*
4 *Pœna præsupponit delictum, vbi enim non est delictum, ibi non est pœna.*
5 *Vniuersitas potest contrahere, & se ex contractu obligare.*
6 *Argumentum de contractibus ad delicta, & è contra validum est in iure.*
7 *Vniuersitas potest mulctari pœna banni, & excommunicationis.*
8 *Vniuersitas an possit dolum committere.*

9 *Vniuersitas est nomen iuris, & nomen personarum, & est quoddam corpus intellectuale, carens animo, & intellectu.*

10 *Delictum non potest committi sine animo, & voluntate delinquendi.*

11 *Vniuersitas legitimè conuocata, & congregata vicem personæ sustinet.*

12 *Vniuersitas non est vera persona, sed ficta, & repræsentata.*

13 *Inquisitio si generaliter est commissa alicui contra quoscunq; delinquentes, & malefactores, an intelligatur etiã cõmissa cõtra vniuersitatẽ quæ deliquit.*

14 *Vniuersitas ad hoc vt dicatur delinquere, & ex delicto teneatur, quid requiratur.*

15 *Potestas generalis si alicui data fuerit, nõ per hoc includitur potestas delinquendi; nisi expressè in ipsa concessione potestatis dicatur, vel postea ratificetur.*

16 *Vniuersitas non debet puniri propter delictum aliquorum particularium.*

17 *Vniuersitas aliud est, & quid diuersum à singulis de vniuersitate.*

18 *Lex quod maior. ff ad municipales. non habet locum in delictis.*

19 *Vniuersitas quando committit delictum momentaneum, vt homicidium, & huiusmodi alia, tunc ad hoc vt teneatur de delicto requiritur probatio communis, & simultaneæ deliberationis, facta ad delinquendum; secus quando delictum habet tractum, & causam successiuam.*

20 *Voluntas hominis melius, & euidentius declaratur factis, quàm verbis.*

21 *Vniuersitas quando possit puniri ex delicto commisso per particulares homines ipsiusmet vniuersitatis.*

22 *Ratihabitio mandato, etiam in delictis, comparatur.*

23 *Patientia habetur loco mandati.*

24 *Sindicus si legitimè non fuerit constitutus, videtur vniuersitas gesta per ipsum ratificare, si expēsas per ipsum sindicum in lite factas soluat.*

25 *Vniuersitas quando videatur ratificare delictum per singulares, & particulares personas factum, ita vt ex ipso delicto teneatur.*

26 *Vniuersitas ad hoc vt teneatur de delicto, an semper sit necessaria probatio communis, & simultanea deliberationis facta ad delinquendum.*

27 *Vniuersitas delinquens an puniri possit.*

28 *Delicta non debent remanere impunita.*

29 *Vniuersitas potest pro delicto cōueniri ciuiliter de eo, quod ad ipsam peruenit.*

30 *Vniuersitas an possit pro delicto criminaliter puniri.*

31 *Filius in multis delictis à patre commissis punitur.*

32 *Filius regulariter non punitur propter patrem, nec è contra.*

33 *Pœna suos auctores tenere debent.*

34 *Collecta si imponitur per vniuersitatem pro soluenda condemnatione ex causa delicti sequuta, quinam debeāt cōtribuere in solutione dicta collecta, et qui nō.*

35 *Vniuersitas si est punita pro aliquo delicto, an possint adhuc pro eodem delicto puniri aliqui homines singulares eiusdemmet vniuersitatis, qui etiam delicto perpetrato interuenerunt.*

36 *Delictū, si semel punitū fuerit, an possit iterū puniri.*

37 *Delictum commissum per multitudinem hominum qualiter puniatur*

38 *Ciuitas auctoritate superioris ob delictum damnata ad murorum destructionem, perpetuò debet remanere sine muris.*

39 *Ciuitas, vel alia vniuersitas an, & quando propter delictum amittat priuilegium.*

40 *Ciuitas propter delictū condemnata, & postea à principe restituta, an receperet priuilegia.*

Vniuer-

41 *Vniuersitas an possit excommunicari.*
42 *Excommunicatio continet pœnam inseparabilem à persona, & ideò ad alium transire non potest.*
43 *Vniuersitas an possit interdicti pœna puniri.*
44 *Vniuersitas committens delictum, ex quo infamia irrogatur, an efficiatur infamis.*
45 *Pœnæ omnes aut sunt pecuniariæ, aut corporales, aut respicientes, & concernentes famam, dignitatem, & existimationem.*
46 *Procurator non potest interuenire in causis criminalibus, in quibus agitur de pœna corporali, & quæ sit huius conclusionis ratio.*
47 *Vniuersitas tam in causis ciuilibus, quàm in criminalibus, non potest per se in iudicio stare, sed per eius procuratorem, seu sindicum.*
48 *Necessitas facit licitum illud, quòd alias esset illicitum.*
49 *Infamis non efficitur is, qui alieno nomine cōdemnatur, nec is cuius nomine condemnatur.*
50 *Vniuersitas propriè non est persona, nec animatum corpus, sed est quoddam corpus intellectuale.*
51 *Vniuersitas legitimè congregata, & conuocata sustinet vicem personæ.*
52 *Vniuersitas habet animam, & in animam vniuersitatis iuratur.*
53 *Vniuersitas an possit inquiri de delicto si publica vox, & fama extet vniuersitatem ipsum delictum commisisse.*
54 *Infamia duobus modis potest considerari.*
55 *Vniuersitas, quando ex quasi delicto obligetur, & cōueniri possit.*
56 *Vniuersitas, an ex dispositione iuris communis teneatur denuntiare maleficia quæ in eius territorio fiūt, teneaturque capere malefactores, & delinquentes, necnon emendare damna data in proprio territorio.*

57 Stat. disponētia vniuersitates teneri dentiare maleficia, capere malefactores, & propria custodire territoria sub pœna emēdationis dāni dati, an sint valida, et iusta, an verò tāquā iniqua seruari nō debeāt.

58 Pœnæ non debent egredi suos auctores.

59 Delictum vbi non est, vbi non debet esse pœna.

60 Statuta, quibus disponitur vniuersitates teneri pro delictis in proprio territorio commissis, strictissimè sunt intelligenda.

61 Sindici, & officiales ad denuntiandum maleficia, ab ipsis vniuersitatibus eliguntur.

62 Sindici electi ab vniuersitatib. ad denuntiādum maleficia, non possunt exercere officium, nisi prius iurauerint benè, rectè & fideliter ipsum officiū exercere.

63 Sindici & officiales electi ab vniuersitatibus ad denūtiandum maleficia tenentur de dolo, lata culpa, & de exacta diligentia.

64 Sindicus deputatus ad denūtiandum maleficia, si accipit pecuniam, vel aliquem falsò denūtiet, punitur pœna falsi.

65 Sindici & officiales deputati ad denuntiandum maleficia si ad instantiam malefactorum pecunia accepta non denuntiant puniuntur.

66 Sindici electi ab vniuersitate ad denuntiandum maleficia, tenentur duntaxat de euidenti calumnia, nō autem de præsumpta.

67 Accusatores, seu denuntiatores an, et quando teneātur probare ea, quæ denuntiant.

68 Sindici deputati ad denuntiandum maleficia, non tenentur probare contenta in denūtiatione, sed solum nomina testium dare iudici.

69 Tutores, & curatores non tenentur de præsumpta calumnia sed duntaxat de euidenti.

70 Sindici & officiales electi ab vniuersitate ad denuntiandum maleficia, si reperiantur in dolo, & euidēti calum-

calumnia qualiter puniantur.

71 Sindici deputati ad denuntiandum maleficia, an & quando excusentur, si ad alterius instigationē falsò aliquem denuntiauerint.

72 Sindici qui ex necessitate officij tenentur denuntiare maleficia, excusantur à præsumpta calumnia, propter quamlibet coloratam causam.

73 Sindici deputati ad denuntiandū maleficia, excusantur si maleficiū denūtiauerint de quo erat publ. vox et fama; secus si temerè procedant ad denuntiandū.

74 Sindici & officiales electi ab vniuersitate ad denuntiandum maleficia, debent ipsa maleficia denuntiare taliter, qualiter sciunt, & non aliter.

75 Sindici deputati ad denuntiandum maleficia, excusantur, si notarius per errorem in scribendo relationem errauerit in nomine delinquentis, vel loco.

76 Statutum quod denuntiationi maleficij facta per sindicum communitatis & relationi ipsius stetur, qualiter debeat intelligi.

77 Sindicus constitutus ad denuntiandum maleficia si fuerit præuentus per accusatorem, vel à principali offenso, vel à iudice qui inquisiuit, excusatur; neque tenetur denuntiare ipsa maleficia.

78 Sindici qui tenentur denuntiare maleficia, excusantur si maleficium stetit occultum & clandestinum.

79 Sindici constituti ad denuntiandum maleficia, non tenentur denuntiare maleficia de nocte, vel alio tēpore cōmissa, si impossibile est sindico siue malefactori.

80 Sindici si ex forma statuti teneātur denuntiare percussiones sanguinolentas, non tenentur denuntiare percussiones in quibus est leuis cutis scissura.

81 Sindicus excusatur si propter absentiam iudicis non potuit intra tempus præfixum à statuto denuntiare maleficia; cautela tamen traditur, vt compareat intra terminū, in loco tribunalis, & ibi protestetur.

82 *Sindicus si denuntiauit maleficia compulsus à iudice, an & quando excusetur à pœna.*

83 *Sindicus si omisit denuntiare unum ex pluribus delinquentibus, an teneatur ad integram pœnam in statuto comprehensam, ac si nullum denuntiasset.*

84 *Sindicus constitutus ad denuntiandum maleficia, an teneatur seipsum denuntiare, si verè delictum commisit, vel si non commisit, extet tamen publica vox, & fama, ipsum tale delictum commisisse.*

85 *Sindicus communitatis si ex forma statuti debeat denuntiare maleficia intra certum tempus, sub certa pœna, & aliquis antequàm esset creatus sindicus denuntiauit, certè postquam est creatus sindicus nō habet necesse iterum denuntiare.*

86 *Sindicus non tenetur denuntiare maleficia, commissa per personas contra quas non tenetur ferre testimonium.*

87 *Sindicus tenetur denuntiare maleficium durante eius officio commissum, licet tempore denuntiationis non sit amplius sindicus.*

88 *Sindici vtriusque loci tenentur denuntiare maleficiū commissum in confinibus, & locis limitrophis.*

89 *Sindici constituti ad denuntiandum maleficia tenentur etiam denuntiare delicta, licet sint impunibilia.*

90 *Gabella licet non debeat solui, debent tamen res denūtiari, & consignari, aliàs incidunt in commissum.*

91 *Vniuersitas, si ex forma statuti teneatur capere malefactorem sub certa pœna, an teneatur capere eum, qui occidit bannitum, vel alium, qui poterat impunè offendi.*

92 *Vniuersitas, si vnum ex pluribus malefactoribus dūtaxat præsentauit, an & qualiter teneatur; & an omnes de vniuersitate insolidum teneantur ad pœnam comprehensam in statuto; & an solutio vnius liberet alios.*

Solutio

93 Solutio vnius vbi plures tenentur ex maleficio, an liberet alios; & quid in quasi maleficio.

94 Statutum, quod vniuersitas teneatur capere malefactores sub certa pœna, non habet locum, neq; intelligitur de clericis malefactoribus, & delinquentibus.

95 Vniuersitas, si ex forma statuti sub certa pœna teneatur capere malefactores, si plures fecerunt aliquod delictum, & vniuersitas non cepit eos, an teneatur pluribus, & tot pœnis quot sunt malefactores, an verò vnica pœna tantùm.

96 Vniuersitas, si ex forma statuti teneatur sub certa pœna capere malefactorem, excusatur si non cepit malefactorem, qui deliquit in confinio, seu locis limitrophis, ita vt statim transierit ad aliud territoriũ.

97 Vniuersitas si ex forma statuti teneatur sub certa pœna capere malefactorem excusatur, nec in pœnam incidit si malefactum sit factum clam, vel de nocte, ita vt delinquens aufugerit; dummodo nulla culpa possit ipsi vniuersitati ascribi.

98 Statutum quod vniuersitates teneantur, & obligata sint resarcire damna data in earum territorio, quomodo intelligatur, & an & quando locum habeat.

99 Damnum datum, an possit probari per iuramentum damnum passi, an verò requiratur alia probatio, & quid super quantitate, seu æstimatione damni.

100 Statutum, quo cauetur vniuersitatem teneri de delictis commissis in eius territorio quomodo intelligatur.


101 Vniuersitas si ex forma statuti teneatur emendare damnum datum in eius territorio, non tamen tenetur de damno dato casu fortuito, puta de incendio, vel de damno dato de nocte, vel occultè, vel in multitudine hominum, vel per vim hostium.

102 Vniuersitas si ex forma statuti teneatur damnum datum in eius territorio emendare, si post condemnationem

tionem sequutam, is qui damnum dedit fuit captus, & inde furca suspensus, an vniuersitas remaneat liberata.

103 *Vniuersitas si ex forma statuti teneatur damnum datum in eius territorio emẽdare, si damnum datum est in via communi inter duas vniuersitates, qualiter teneantur ipsæ vniuersitates.*

104 *Collecta pro soluenda æstimatione damni dati qualiter per vniuersitatem imponi debeat & quenã personæ in solutione ipsius collectæ contribuere teneantur, & an, vna de vniuersitate soluente æstimationem damni dati, alij omnes censeantur liberati.*



AGgredior quartam partem principalem huius nostri tractatus, nempe de delictis, vel quasi delictis vniuersitatum.
1 Primò igitur dispiciamus † vtrum vniuersitas verè, & propriè possit delinquere. Pro parte affirmatiua adducitur primò textus in l. metum. §. animaduertẽdũ, cum sua, glo.
2 ff. quod metus causa, vbi † vniuersitas potest metum in-
3 ferre, & per consequens, delinquere; † metus enim illatio secum trahit de necessitate delictum. toto tit. ff. & C. quod metus causa. Secundò, pro hac opinione, adducitur glo. in l. sicut. in ver. non debetur. ff. quod cuiusque vniuer. nom. & glo. in l. aliud. §. refertur. ff. de regul. iur. vbi dicitur, vniuersitatem posse delinquere. Tertiò pro hac opinione, est textus in l. vsusfructus. ff. quibus mo. vsusf. amitt. vbi, ciuitas potest puniri, & aratro subiici, vt fuit in Chartagine, ergo potest delinquere, aliàs
4 non puniretur; quia † vbi nõ est delictũ, ibi nõ est pœna. l. sancimus. & toto titu. C. de pœnis. Quartò quemad-
5 modum † vniuersitas contrahere potest, & se obligare ex contractu. l. ciuitas. ff. si certum petatur, & superius de hoc latè diximus; ita etiam potest delinquere, & ex
6 delicto obligari. Nam † bonum est argumentum de contractibus ad delicta, & è contra. l. omnem. cum glo. ff. de iudicijs. Quintò, pro hac opinione affirmatiua, adducitur

tur Auth. item quæcunque communitas. C. de episc. & cler. text. in cap. 1. §. si quis verò ausu temerario. de pace tenenda: & iuram. fir. In vsib. feudor. cap. Romana. §. in vniuersitate. extra de sentent. excommunic. in 6. vbi,
7 † vniuersitas potest & excommunicationis, & banni pœna mulctari; ergo potest relinquere. Sextò, pro hac opinione adducitur text. in constit. ad reprimendum vers. ad hoc si qua communitas, & ibi etiam Bart. in ver. corpus, hoc expresse notat. quom. in crim. læsæ maiest. proced. Et hanc opinionem, vniuersitaté posse delinquere, & delinquendo obligari, tenet Bart. in l. ciuitas. in princ. ff. si cert. pet. & in d. l. metum. §. animaduertendum, num. 2. ff. quod metus causa, & in d. constit. ad reprimendum, num. 3. & in constit. 1. tit. qui sint rebelles. in verbo, rebellando, num. penult. & vlt. Couarruuias variar. resolut. lib. 2. cap. 8. num. 9. Bald. in l. 6. §. 2. num. 3. & 4. ff. de his, qui not. infamia. Iul. Clar. in sua pract. crim. quæst. 16. num. 7. Albericus de Rosate. in l. si quis in tantam. colum. 3. vers. quidam dicunt C. vnde vi Paris. consl. 16. num. 30. lib. 4. Ias. in d. l. ciuitas. num. 2. Bald. in d. Auth. item nulla communitas. C. de episc. & cler. Contrariam autem sententiam vniuersitatem scilicet propriè, & verè non posse delinquere multa suadere videntur. Primò, textus in l. sed & ex dolo. §. 1. ff. de dolo malo. vbi contra vniuersitatem non datur actio
8 de dolo, quia † dolum committere non potest, ergo non potest delinquere. Sed ad hoc respondetur, vniuersitatem posse metum, & dolum committere, & alio modo delinquere, licet non cum eadem facilitate qua singulares, & particulares personæ. glo. in d. l. sed & ex dolo. §. 1. in ver. facere possunt. ff. de dolo. glo. in d. §. animaduertendum. in verbo, collegium. in fine. ff. quod met. causa. glo. in l. vnica in ver. non possunt. ff. de libertis vniuersitatum. glo. in l. aliud. §. refertur, in fine. ff. de reg. iuris. glo. in l. j. §. vlt. in verb. non possunt. ff. de acquir. possess.
9 Secundò, pro hac opinione adducitur, quia † vniuersitas est nomé iuris, & non personarum; & est quoddam corpus intellectuale, carens animo, & intellectu. cap. Romanæ. § in vniuersitate. extra de sentent. excommun.

10 in 6. ergo † non potest delinquere. l. j. ff. si quadrupes pauper. fecisse dicatur. l. infans. ff. ad l. Corneliam de sicariis. Ad hoc secundum argumentum responderi po-
11 test, † vniuersitatem legitimè conuocatam, & congregatam sustinere vicem personæ, & per hoc posse delinquere, & ex delicto obligari; & hanc negatiuam opinionem videtur tenere Innocentius in cap. grauem. ext. de senten. excommunic. Quid igitur dicendum? Bart. in l. aut facta. §. nonnunquam. num. 2. 3. & 4. ff. de pœnis, distinguit circa hanc quæstionem hoc modo. Aut loquimur de delicto quod committitur in omittendo, quod cadit in vniuersitatem, & hoc casu, si ipsa vniuersitas tenetur aliquid facere, & omittat, licet hoc contingat per negligentiam & culpam administratorum ipsius vniuersitatis, tamen ipsa vniuersitas dicitur negligere, & sic verè, & propriè committit delictum. l. iubemus nullam nauem. C. de sacros. eccl. iuncta l. si procurator. §. tutoribus. ff. mandati. Aut loquimur de delicto, quod committitur in faciendo, & hoc casu, quædam sunt, quæ tantum fieri possunt per ipsam vniuersitatem, vt facere statuta, dare iurisdictionem, imponere collectas, & huiusmodi alia, & isto casu potest vniuersitas delinquere. Auth. item nulla communitas. C. de episc. & clericis; nec potest dici quòd aliquis priuatus hoc faciat, sed hoc facit ipsa vniuersitas, in qua est illud ius, & potestas: quædam sunt, quæ non respiciunt ista iura residentia penes vniuersitatem, vt committere homicidium, dolum, inferre vim, & metum, & alia huiusmodi generis; & tunc vniuersitas propriè, & verè hæc delicta committere nō
12 potest, quoniam ista requirunt personam veram, † vniuersitas autem non est vera persona, sed ficta, & repræsentata: sed dicuntur hæc delicta committi impropriè per administratores & rectores ipsius vniuersitatis. Hanc distinctionem Bart. sequuntur multi Doctores. Bald. in l. 2. num. 6. C. de his quibus vt indignis. Castren. in l. 7. num. 5. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Mysingerius obseruat. 78. per tot. Cent. 4. vbi dicit hanc Bart. distinctionem esse communiter approbatam. Gaill. de pace publica. lib. 2. cap. 9. lib. 1. & 2. fol. 326. Boerius in tract. de

seditio-

13 seditiosis.cap.vlt.num.6.& 7. 13. 14. † An autem, si inquisitio generaliter est commissa contra quoscunque delinquentes, & malefactores, intelligatur etiam commissa inquisitio contra vniuersitatem, quæ deliquit. vide Bart. in l.9.§.animaduertendum, & ibi in addit.ff.de eo quod metus causa. Vidimus hactenus an vniuersitas possit delinquere; nunc videndum est quomodo & quando vniuersitas dicatur delinquere, & quæ requirantur ad hoc, vt vniuersitas dicatur deliquisse, & an, qualiter, & quomodo vniuersitas pro delicto per ipsam
14 perpetrato puniri possit. Dico igitur, q † ad hoc vt vniuersitas dicatur delinquere, & ex delicto teneatur, requiritur vt vniuersitas delictum ipsum simul, & deliberatè commiserit; si enim omnes de vniuersitate delinquunt excepto vno, vniuersitas non diceretur deliquisse, sed particulares ipsius vniuersitatis. Benintédus decis. Auenionensi 128.num.6.requiritur igitur, vt omnes de vniuersitate, & populo concurrant simul, & consentiant in delictum, ad hoc vt vniuersitas dicatur delinquere. Didacus Couarruuias variar. resolut. lib.2. cap.8.num.9.& vt clarius,& apertius dicam, ad hoc vt vniuersitas dicatur delinquere, & vt ex delicto teneatur,& obligetur, & probandum est vniuersitatem illud delictum commisisse concilio generali per capita domorum congregato,conuocato,& communicato; & deliberatione præcedente ad delinquendum; aliàs non ipsa vniuersitas teneatur, sed singulares personæ, quæ deliquerunt; & hoc adeò est verum, vt etiamsi leuato vexillo, & campana pulsata omnes de vniuersitate iuerint ad delinquendum, non tamen dicetur vniuersitas deliquisse; neque poterit puniri, si collegialis deliberatio non præcessit, sed potius dicentur illæ singulares personæ delictum commisisse.glo.in l.aliud.§.refertur.ff.de regul.iur.& in l.sed & ex dolo.§.1.ff.de dolo malo,& in l. sicut.§.1. in ver. non debetur.ff.quod cuiusque vniuers. nom. Bart. qui ad hoc solet communiter allegari, in l. aut facta.§. vlt. num.9.ff.de pœnis. cuius doctrina communiter est approbata, vt dicit Ozasc. decis.88.num.3. Boer.in tract.de seditiosis,num.8.cap. vlt. Nec sine causa di-

sa dixi requiri præcedentem deliberationem factam per concilium generale ipsius vniuersitatis; si enim vniuersitatis concilium ordinarium, seu ordo decurionum aliquod delictum faciat, nō debet attribui toti vniuersitati, sed duntaxat decurionibus, qui deliquerunt: Nam
15 † in generali potestate consiliarijs per vniuersitatem, & populum data non includitur potestas delinquendi, nisi hoc expresse in ipsa concessione potestatis dicatur, vel posteà ratificetur. Cagnol. in d.l. aliud. §. refertur. num. 10. & vlt. ff. de regul. iur. pro hoc videtur text. apertus in d.l. sed & ex dolo. §. 1. & §. 2. ff. de dolo malo. vbi, si decuriones dolum, & sic delictum committunt, non datur actio de dolo contra vniuersitatem, sed contra ipsos decuriones, qui deliquerunt. Prædictorum autem ea
16 potest esse ratio, quia † si passim vniuersitas puniretur multi insontes, & innocentes indignas & immeritas pœnas paterentur, ob factum, & delictum aliquorum particularium, quod sanè iniquum, & iniustum esset. l. sancimus. C. de pœnis. † aliud est enim vniuersitas, & aliud
17 singuli de vniuersitate. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisione. l. sed si hoc. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocando; non debet igitur singularium personarum delictum vniuersitati ascribi, nec è contra; ne ex delicto vnius alter grauetur, vt dicit glo. in d.l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vniuer. nom. quare ad hoc vt vniuersitas dicatur delinquere, requiritur vt omnes de vniuersitate, & populo, præcedente simultanea deliberatione, delictum committant, nam in actibus, qui fiunt ab vniuersitatibus non sufficit illos de vniuersitate consentire, sed oportet, quod sint tanquam collegium congregari, & collegialiter simulque consentiant; adeò vt non sufficiat si separatim consentiant homines vniuersitatis tā in delictis, quàm in cęteris negotijs, vt plenè superius in prima parte tractauimus. Nisi igitur præcesserit totius vniuersitatis, seu populi, vel concilij generalis per capita domorum conuocatio, deliberatio, & simultaneus consensus ad delinquendum, non dicetur vniuersitas deliquisse, nec ipsa vniuersitas punietur, sed punientur duntaxat illi particulares, & singulares per-

sonæ

sonæ de vniuersitate, quæ deliquerint. Maschar. conclus. 1420. num. 1. cum plurib. seq. Hyppolit. de Marsilijs, in sua pract. crim. §. constan. num. 47. vbi expresse dicit, vniuersitatem teneri, & obligari ex delicto, quando omnes de vniuersitate, communicato consilio, & præcedente simultanea deliberatione, iuerunt ad delin-
38 quendum, aliàs secus; † lex enim quod maior. ff. ad municipales. non habet locum in delictis. Boer. in tract. de seditiosis, cap. vlt. num. 11. Cagnol. in l. si quis maior. num. 23. C. de transact. Ioannes de Lignana, in Clemen. j. de pœnis. vbi dicit se aliàs maximo cum honore defendisse ciuitatem Bononiæ coram Papa, vt non posset ciuitas illa tanquam rebellis puniri, etiamsi homines ciuitatis fecissent rebellionem, ex quo non apparebat, quod de hoc præcessisset collegialis, & simultanea deliberatio; quem etiam refert Hyppol. de Marsil in loco supra allegato. Hanc eandem opinionem sequitur etiam Iason in l. ciuitas. num. 2. & 3. ff. si cert. pet. Afflict. decis. 376. num. 1. Marcus decis. 126. num. vlt. volum. 2. & decis. 776. num. 2. & 3. volum. 1. Ozas. decis. 128. num 27. & num. 32. Rolandus cons. 66. num. 32. cum plurib. seq. & num. 63. 64. cum seq. volum. 2. Gaill. obseru. 79. num 1. 2. & 3. cent. 4. & de pace publica, lib. 2. num. 4. fol. 326. Innocen. in cap. grauem, num. 1. de sentent. excommun. Castren. in l. j. §. 1. num. 11. ff. quod quisque iuris, & in l. 7. num. 5. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Bald. in l. 9. §. animaduertendum, num. 1. ff. quod metus causa. Alexand. consil. 13. num. 9 volum. 6. Curt. iunior. in l. si familia. num. 20. & 21. ff. de iurisd. omn. iud. Clar. in sua pract. crim. quæst. 16. num. 8. quibus in locis apertissimè scribunt prædicti Doctores, quod, ad hoc vt vniuersitas dicatur delinquere, & obligetur, puniaturque pro delicto per ipsam commisso, requiritur de necessitate, quod solemniter, moreque solito fuerit ipsa vniuersitas tota congregata, fiatque propositio ad delinquendum, & subsequatur deliberatio communis, simultanea totius vniuersitatis; nam, etsi omnes de vniuersitate iuerint ad delinquendum, non propterea diceretur vniuersitas deliquisse, nisi probarentur iuisse ad delinquendum ex propo-

proposito, & deliberato consilio; tunc enim demum dicitur vniuersitas delinquere, quando homines ipsius vniuersitatis delinquunt, vt vniuersi, & tanquam corpus, praecedente concilio, & deliberatione; secus si vt singuli delinquunt, nullo habito tractatu praeuio, nec communicato consilio: nam hoc casu vniuersitas ex delicto non tenetur, neque punitur, sed puniuntur duntaxat illae personae singulares, & particulares, quae deliquerint tanquàm incitatores personarum, & seditiosi. toto tit. C. de seditiosis. Haec autem conclusio communis, vt scilicet requiratur communis, & simultanea deliberatio, & conuocatio totius populi ad hoc vt vniuersitas dicatur delinquere, teneaturq; ex delicto, limitatur secundum Doctores nostros multis modis. Primò,
19 vt † procedat quando delictum est momentaneum, vt homicidium, & huiusmodi alia; sed quando delictum habet tractum & causam successiuam, vt bellum, rebellio, & similia, tunc non requiritur probatio huiusmodi communis, & simultaneę deliberationis, cum propter tolerantiam censeatur vniuersitas ratificare. Bart. in l. aut facta. §. nonnunquam. num. 10. ff. de poen. Hieronymus de Monte in tract. de finib. regund. cap. 72. num. 13.
20 14. & 15. satis enim † factis ipsis declaratur intentio vniuersitatis, & euidentius declaratur voluntas hominis factis, quàm verbis. Boer. in tract. de seditiosis, cap. vlt. num. 9. & 10. Rolan. consil. 66. num. 32. cum seq. vol. 2. Innocent. in cap. grauem. num. 1. extra de sentent. ex-
21 communic. vbi dicitur expressè † vniuersitatem posse puniri ex delicto facto per homines de vniuersitate tanquam singulos, ex delicti ratihabitione sequuta; veluti si aliqui particulares de vniuersitate per vim expulerint me de castro, & vniuersitas illud sibi retinet; nam ex huiusmodi actibus successiuis, & continuatis praesumi
22 tur † ratihabitio, quae mandato, etiam in delictis, com-
23 paratur, l. fin. C. ad S. C. Macedonianum. nam ista † patientia vniuersitatis habetur loco mandati. l. qui patitur. ff. mandati; pulchrè Ozas. decis. 138. num. 4. & 5. vnde per ratihabitionem efficitur, & dicitur actus vniuersitatis; nam factum à singulis, censetur factum ab

vniuer-

vniuersitate, quando vniuersitas sciuit, & passa est, nec contradixit, & factum non erat momentaneum. Benintendus decis. Auenionensi 70. num. penult. & vlt. Mascard. concl. 1420. num. 16. Ias. in l. ciuitas num. 3. in fine, ff. si cert. pet. Afflict. decis. 376 num. 2. 3. & 4. Ozas. decis. 138. per tot. Mysingerius obseru. 79. num. 4. 5. & 6. Cent. 4. vbi, ex ratificatione delicti tacita, vel expressa, tenetur vniuersitas; etiamsi delictum nullo communicato concilio, & precedente deliberatione sit perpetratum. Gaill. lib. 2. de pace publica. num. 5. & 31. fol. 326. Decius consil. 486. num. penult. & vlt. nam ratificatio non solum verbo, sed etiam facto fieri potest. l. Paulus respondet. ff. rem ratam haberi. quinimò, plus est aliquid facto facere, quàm verbo. cap. dilecti. col. 1. extra de ap-
24 pellat. l. de quibus, in fine. ff. de legibus. Hinc † vniuersitas, quæ soluit expensas factas in lite per sindicum non legitimè constitutum, videtur gesta per eum ratificare, vt ibi dicit Decius. Verum, huic conclusioni, nempè in delictis causam, & tractum successiuum habentibus, non requiri communicatio concilij, & deliberationem præcedentem, posset quis obijcere id quod scriptum reliquit Ioannes de Lignana in Clemen. j de pœnis; de quo paulò superius mentionem fecimus, scilicet se aliàs ciuitatem Bononiæ defendisse, vt non posset ciuitas illa tanquàm rebellis puniri; etiamsi homines ciuitatis fecissent rebellionem, quia non apparebat, quod de hac præcessisset collegialis, communis, & simultanea delibe-
25 ratio; quia respondetur posse ita distingui; † Aut ex ipso delicto peruenit vtilitas ad ipsam vniuersitatem, vt si res peruenerunt ad ipsam communitatem, ex traditione delinquentium, & tunc vniuersitas potest videri ratificasse delictum, & sic procedere, & intelligi potest prima opinio; aut nullum commodum peruenit ad vniuersitatem, & hoc modo potest intelligi dictum Ioannis de Lignana. Hieronymus de Monte in tract. de fin. regun. cap. 72. num. 15. Mascard. dicta conclusione 1420. num. 18. & 19. Mysingerius dicta obseruat. 79. num. vlt. vbi, dicit opinionem Lignani procedere, & habere locum, quando illi de ciuitate, vel alia vniuersitate committ-

mittunt delictum tanquàm singuli, & posteà per actus sequentes non potest detegi tacita voluntas vniuersitatis approbantis, & ratificantis delictum per singulares, & particulares personas eiusdem vniuersitatis factum, quando scilicet aliqua vtilitas non peruenit ad ipsam communitatem ex delicto illo per particulares commisso. Idem tenet Roland. cons. 66. num 68. & 69. volum. 2. Aliud præterea signum, & argumentum euidentissimũ est dictæ ratificationis delicti; quando scilicet vniuersitas fuit negligens in puniẽdo delinquentes; tunc enim per talem taciturnitatem, & conniuentiam delicti particeps redditur vniuersitas, etsi ipsum delictum nullo communicato consilio, nullaque simultanea, & communi præcedente deliberatione sit patratum. Mysingerius dicta obseruat. 79. num. vlt. cent. 4. Cagnol. in l. j. nu. 60. C. qui admitti ad bonorum possess. Boer. in tract. de seditiosis. cap. vlt. num. 12. Secundò, supradicta conclu-
26 sio, † vniuersitatem scilicet non posse dici delinquere, nec ex delicto teneri, nisi præcesserit collegialis deliberatio, & conuocatio, intelligitur, & procedit in delictis, quæ consistunt in faciendo, secus in delictis, quæ consistunt in omittendo, in quibus vniuersitas tenetur, licet non præcesserit communis, & simultanea deliberatio. Gaill. lib. 2. de pace publica, cap. 9. num. 6. Mascar. d. conclus. 1420. num. 20. 21. & 22. Boer. in tract. de seditiosis, cap. vlt. num. 8. & 9. Hactenus vidimus an, & quando vniuersitas dicatur delinquere ita vt ex delicto teneatur, & obligetur; nunc superest, vt dispiciamus an, & qualiter vniuersitas delinquens puniri possit. Dubi-
27 tant igitur Doctores nostri † an & qualiter vniuersitas delinquent possit puniri, Innocentius enim in cap. dilectus. col. 2. vers. item vniuersitas. extra de simonia, & in cap. grauem. extra de sentent. excommunic. tenet, vniuersitatem delinquentem non posse, nec debere criminaliter puniri: nam si vniuersitas puniretur criminaliter, ergo punirentur pupilli, infantes, & multi alij, qui non consenserunt, neque deliquerunt, quod esset iniquum, & absurdum. l. sancimus. & toto titulo. C. de pœnis. Pro parte verò affirmatiua, & contra Innocentium addu-

adduci potest hæc ratio; quia si vniuersitas potest delinquere, vt supra latè ostendimus, ergo etiam potest
28 puniri, aliàs † delicta remanerent impunita, quod esse non debet. l. ita vulneratus. in fi. ff. ad l. Aquil. l. j. ff. de iustit. & iure. Secundò, pro hac opinione adducitur textus in tit. feudor. de pace tenen. & iuram. firm. §. 1. vbi si ciuitas, vel alia communitas delinquat rumpendo pacem punitur; idem constat ex Auth. item nulla communitas. C. de episc. & cleric. vbi, vniuersitas delinquens punitur, & excommunicatur, & banno imperiali subijcitur. Bart. circa hanc quæstionem in l. aut facta. §. nonnunquàm num. 5. 6. 7. & 8. ff. de pœnis, sic distinguit; aut lo-
29 quimur vtrum † vniuersitas possit pro delicto conueniri ciuiliter de eo, quod ad ipsam peruenit, & de hoc nulli dubium esse debet, quin ciuiliter teneatur. l. metum. §. animaduertendum. ff. de eo quod metus causa. l. sed &
30 ex dolo. §. 1. ff. de dolo malo. Aut verò quæritur, † an possit vniuersitas pro delicto criminaliter puniri, & hoc
31 casu quædam sunt delicta, in quibus † filius punitur propter delictum patris, vt in crimine læsæ maiestatis, & in crimine hæresis. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiestatis. glo. in l. crimen. ff. de pęnis. cap. statutum; extra de heret. lib. 6. cap. filius ext. de pœnis in 6. & istis casibus vniuersitas potest criminaliter puniri, vt fuit factum de Chartagine, quæ passa est aratrum. l. si vsusfructus. ff. quibus modis vsusfructus amitt. & Bart. in d. §. nonnunquam. numer. 6. dicit se vidisse sententiam diffinitiuam Imperatoris Henrici, quam protulit cōtra ciuitatem Brixiæ, propter rebellionis crimen in ipsum Imperatorem cōmissum, in qua dicebat illam ciuitatem esse subijciendā aratro, quam tamen pœnam ex misericordia remisit.
32 quędam verò sunt delicta in quibus † filius non punitur propter patrem, vt est regulariter, exceptis supradictis, & alijs casibus à iure expressis. l. crimen. ff. de pœnis; crimen paternum, vel pœna paterna nullam maculam filijs
33 infligere pōt; namq; † vnusquisque ex suo admisso sorti subijcitur, nec alieni criminis successor constituitur; & in his casibus vniuersitas delinquens punitur criminaliter. In modo tamen puniendi est differentia, nam

Q siqui-

siquidem pœna cadit duntaxat in vniuersitatem, & non in singulos de vniuersitate, vt si publicanda veniat aliqua res vniuersitatis, tunc ipsa vniuersitas punietur. l. iubemus nullā nauem. C. de sacrosf. eccl. sed si esset talis pena quæ æquè caderet in vniuersitatem, & singulos de vniuersitate, vt est pœna pecuniaria, tunc, siquidem vniuersitas est parua in numero personarum, non punientur omnes de vniuersitate, sed tantum illi, qui consenserunt, & deliquerunt. l. j. ff. de magist. conuen. sed si esset vniuersitas magna, diffusa, seu magnus populus, & magna cōmunitas, tunc, quia discernere consentientes à non consentientibus esset difficile, tota vniuersitas punietur. Auth. item nulla communitas. C. de sacrosan. eccl. d. §. 1. de pace ten. & iuram. firm. Boer. in tract. de seditiosis. cap. vlt. num. 15. cum plurib. seq. vbi multa de modo puniendi vniuersitatem, quę deliquit. De iure tamen
34 men † si vniuersitas tota condemnetur per superiorem in pœna pecuniaria, illi, qui non deliquerunt non debet contribuere in solutione collectæ, quæ imponitur pro soluenda condemnatione, vt dicit Bart. in d. §. nonnunquàm. num. 8 & vlt. vbi etiam ponit an hoc casu pro soluenda condemnatione, & pœna pecuniaria collecta imponi debeat per solidum & libram idest secundū vires, & quantitatem patrimonij, & pro modo substantiæ vniuscuiusque, an verò per capita, quæ doctrina Bar. est communiter approbata, vt dicit Iul. Clar. in sua pract.
35 crim. quęst. 16 num. vlt. Sed quid † si vniuersitas est punita pro aliquo delicto, an possint adhuc pro eodem delicto puniri aliqui homines singulares de ipsa vniuersitate, qui etiam delicto perpetrato interuenerunt? Vi-
36 detur q; non, quia secundum hoc † pluries de eodem delicto quæreretur, quod de iure est prohibitum. Alex. tamen cons. 13. num. 9. & 10. vol 6. tenet contrarium, & dicit expressè, q;, licicet vniuersitas sit punita, adhuc tamen possunt pro eodem delicto puniri singulares personæ de eadem vniuersitate. Bart. circa hanc quæstionem in d. §. nonnunquam. num. pen. sic distinguit, quædam sunt delicta, quæ dicuntur fieri verè & propriè per vniuersitatem, de quibus supra diximus, & in illis sola

vniuer-

vniuersitas potest puniri, tanquàm ipsa sola delinqués; alij autem singulares, & particulares de vniuersitate po terunt puniri, tanquàm instigatores, & fieri facientes; sed in delictis, quę non fiunt propriè per vniuersitatem, erit totum contrarium; quia facientes punientur de delicto, vniuersitas verò punietur tanquàm fieri faciens, vel tanquam ratum habens suo nomine. De qua re vide Iul. Clar. d. quæst. 16. num. vlt. Vnum tamen nolo
37 omittere circa † modum, & qualitatem puniendi vniuersitatem delinquentem; nempè quòd, aut sæuiendo in multitudinem delinquentium scandalum generatur, & tunc indulgendum est, vel saltem mitius agendum cũ multitudine, ne multorum strages contingat, vbi enim multorum strages versatur, ibi seueritati iudicantis detrahendum est. text. est elegantiss. in l. penult. ff. ad l. Corn. de sicarijs; Curt. iun. in l. si familia, num. 18. ff. de iurisdict. omn. iudic. & ideò, licet auxiliatores, & fauentes delinquentibus regulariter sint eadem pęna puniendi, si tamen sit multitudo auxiliantium, non puniuntur eadem pœna; & ita videmus quotidie obseruari, quia principales, & corporales factionum & seditionum ciuitatis puniuntur asperrimè, reliquis autem auxiliantibus & fauentibus mitigantur pœnæ; aut verò nullum scandalum futurum est, & non parcitur multitudini. glo. in cap. latores, in ver. multitudinem. extra de cleri excomm. min. quam dicit esse communiter approbatam Igneus in l. j. §. hoc rescriptum. num. 13. ff. ad S. C. Syllanianum. Boerius in tract. de seditiosis. cap. vlt. num. 23. 24. 25. 26. Clar. quæst. 60. num. 30. pulchrè de hac materia Gaill. lib. 2. de pace publica. cap. 9. num. 33. cum seq. vsque in finem, & num. 18. vbi multa de modo, & qualitate puniendi vniuersitatem delinquentem scribit. Circa quàm materiam illud quoque sciendum
38 est † aliquando ciuitatem, auctoritate superioris, ob delictum damnari ad murorum destructionem, quo casu perpetuò debet remanere sine muris. Bartol. in l. 10. num. 2. C. de pœnis. aliquando verò, quòd maius est, sine spe reædificandi destruitur, soloque æquatur,
39 † quo casu omnia sua iura, & priuilegia amittit, puta iu-

risdictionem, merum, mixtumq; imperium, statuta, consuetudines, aliaq; priuilegia exemptionis, & immunitatis; quia hoc pacto maximam patitur capitis diminutionem, & per consequens omnia iura eius in totum cõsumuntur; destructo enim principali, destruitur etiam accessorium. l. si vsusfructus. ff. quib. mod. vsusfr. amitt. nam ciuitas ad aratrum, superioris auctoritate, cum causæ cognitione ob delictum damnata, aut perpetuò bannita, mori dicitur, & omnia priuilegia amittit; & si restauretur, seu reædificetur, ipsa priuilegia antiqua non
40 recuperat; nisi † ciuitas sit restituta à Principe; quia tunc omnia recuperat, & ciues quos perdiderat, & priuilegia, & statuta. Innoc. in cap. cum ex iniuncto. num 2. extra. de oper. noui nunc. Bald. in constitutione Federici Imperatoris, de pace constantiæ. in ver. nos Romanorum Imperator. Gail. lib. 2. pract. obseru. 61. num. 1. & per totam. & lib. 2. de pace publica. cap. 9. num. 27. 28. 29. & 30. Hyppol. de Marsil. in l. vnica. num. 120. C. de raptu virg. Verum non solum vniuersitas delinquens puniri põt supraſcriptis pœnis temporalibus, sed etiam pœnis spiritualibus, putà excommunicatione, & interdicto. De cuius tamen articuli veritate dispiciamus. Textus in cap. Romana. in fi. extra de sentent. excõmun.
41 lib. 6. dicit, † non posse in vniuersitatem excommunicationis sententiam proferri, ne innoxij puniantur, idque propter innocentes pupillos, minores, mulieres prægnantes, & nascituros infantes, qui non deliquerunt, & ideò puniri non possunt: pœna enim suos auctores tenere debent. l. sancimus. C. de pœnis. de iure igitur canonico vniuersitas excommunicari non debet, sed tantùm illi, quos culpabiles, & nocentes esse constiterit, ita scriptum reliquit Innocentius in cap. grauem. extra. de sent. excommun. & in cap. vlt. num. vlt. extra de procuratoribus. & hæc opinio communiter est approbata per Doctores nostros, vt dicit Gaill. lib. 2. de pace publica. cap. 9. num. 17. & 18. Iul. Clar. quæst. 60. num 30. Bald. in l. 9. §. animaduertendum. num. 2. ff. quod metus causa. Textus tamen in Auth. item quæcunque communitas, & ibi Bald. in princ. C. de episc. & cler. dicit vniuersitatem

tem posse excommunicari, sed illud est de iure ciuili, aliud de iure canonico, vt supra diximus, cui in hac materia standum est; si tamen aliquando contingeret vniuersitatem delinquentem excommunicari, subrogati in locum mortuorum, non intelliguntur etiam excommu-
42 nicati; quia † excommunicatio continet pœnam inseparabilem à persona, & ideò ad alium transire non potest; quia pœnæ delictorum non transeunt, ad huiusmodi successores. Bald. in l. 22. num. 2. ff. de lega. 1. & ibidem Castrens. num. 3. & 4. & Alex. num. vlt. Iason in l. quod in rerum. §. etsi nauem. num. vlt. ff. de lega. 1. Aliud ta-
43 men, & diuersum est in † sententia interdicti, quæ potest cadere, & proferri in vniuersitatem, & ob id non extinguitur, licet mutentur personæ; sed sententia excommunicationis ligans animam non cadit, nisi in singulas personas. Castr. in l. 76. num. 7. & in 2. lect. num. 2. ff. de iudicijs, etsi omnes de vniuersitate essent excommunicati excepto vno, totum ius vniuersitatis remanet apud illum non excommunicatum. Castren. in l. 7. §. vlt. num. 2. ff. quod cuiusque vniuer. nom. de hac tamen materia, an sentẽtia excommunicationis, & interdicti possit ferri in vniuersitatem, vltra supradicta, vide Barth. Socinum in l. cum senatus num. 8. ff. de reb. dubijs. Ias. in l. quod in rerum, §. etsi nauem. nu. 7. & vlt. ff. de lega. 1. & in l. j. §. vlt. num. 1. ff. de acquir. possess. & in l. inter stipulantem. §. sacram. num. vlt. ff. de verb obligat. Didac. Couuar. var. resol. lib. 2 cap. 8. num. 9. Cagnol. in l. si quis maior. num. 2. C. de transact. Vidimus an, quando, & qualiter vniuersitas delinquens puniatur pœnis corporalibus, pecuniarijs, necnon spiritualibus, seu censuris
44 ecclesiasticis; nunc superest vt videamus † an, & quando vniuersitas delinquens, infamiæ pœna plecti possit?
45 † omnes enim pœnæ, aut sunt pecuniariæ, aut corporales, aut respicientes, & concernentes famam, dignitatem, & existimatione alicuius. l. cognitionum. in prin. ff. de varijs, & extraord. cogn. Quærunt igitur Doctores nostri, si vniuersitas est condemnata pro aliquo delicto, ex quo infamia irrogatur, vt puta pro furto, an efficiatur infamis, pœnisque infamibus constitutis puniatur?

Videtur q; non. Ad quod probandum altius rem repetam, & præmitto certissimam esse iuris conclusionem
46 † in causis criminalibus, in quibus agitur de pœna corporali procuratorem interuenire non posse, sed quem teneri personaliter respondere, & in iudicio comparere. l. penult. §. ad crimen. ff. de procurat. ratio autem huius conclusionis est; quia quilibet reus mitteret procuratorem qui pro ipso compareret, & vbi esset condemnandus pro delicto in aliquam pœnam corporalem non posset fieri executio condemnationis, & sic omnia iudicia criminalia redderentur elusoria. Iul. Clar. quæst. 32. num. 1. 2. 3. & per totam. Hoc autem non habet locum
47 in vniuersitate; nam † in causis criminalibus in quibus agitur de pœna corporali interuenit procurator, seu sindicus vniuersitatis, quia impossibile est totam vniuersi-
48 tatem per se posse litigare, & in iudicio stare, & sic † necessitas facit licitum, illud quod alias esset illicitum. ita scriptum reliquit Bald. in l. 6. §. 2. nu. 3. ff. de his qui not. infam. & in l. 10. §. vlt. ff. de in ius vocando. & in l. 2. nu. 6. C. de his quib. vt indignis, & in l. 3. num. 27. C. de accusat. Castrens. in l. 1. §. 1. num. 2. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Gaill. lib. 2. de pace publica. cap. 9. num. 3. Mysingerius obseruat. 76. per tot. Cent. 4. Marcus decis. 701. per tot. volum. 2. Bart. in l. 18. num. 1. C. de re milit. lib. 12. de hoc est textus elegantissimus in d. l. 18. §. vt autem omnifariam. C. de re milit. lib. 12. Bart. in extrauaganti ad reprimendum. quomodo in lesæ maiestatis crimine procedatur. in verbo, legitimè; circa finem. quibus in locis apertissimè scribitur, sindicum vniuersitatis, non solum in causis ciuilibus, sed etiam in causis criminalibus, & capitalibus posse nomine vniuersitatis interuenire, tàm in agendo, & excipiendo, quàm in accusando, & defendendo. Hoc præmisso, & præsupposito pro vero, vt est verissimum, venio ad solutionem quæstionis propositæ, & dico vniuersitatem condemnatam ex delicto, ex quo infamia irrogatur non effici per hoc infamem;
49 quia † alieno nomine condemnatus de delicto ex quo infamia irrogatur, non efficitur infamis, nec is cuius nomine condemnatur. l. 6. §. 2. ff. de his, qui not. infam.

ergo

ergo vniuersitas condemnata, etiam ex delicto, ex quo infamia contrahitur, non efficitur infamis, cum per se non possit litigare, & stare in iudicio, sed per procuratorem duntaxat, seu sindicum. Secundò, hæc opinio
50 probatur, quia † pœna infamiæ personam desiderat, sed vniuersitas, propriè loquendo, non est persona, nec animatum corpus, sed est quoddam corpus intellectuale, vt supra in prima parte huius nostri tractatus satis superque docuimus, ergo infamiæ pœna non potest cadere in vniuersitatem. Pro contraria autem opinione
51 adducuntur multa. Primò quia † vniuersitas dicitur persona, & vicem personæ sustinet, dummodo sit legitimè conuocata. l. mortuo. ff. de fideiuss. item, propter infamiam inquiritur contra vniuersitatem cap. per inqui-
52 sitionem. de elect. præterea, † vniuersitas habet animã, & in animam vniuersitatis iuratur. cap. præsentium. extra de testib. lib. 6. postremo, vniuersitas potest delinquere, & per consequens puniri, vt supra vidimus, ergo & in infamiæ pœna, & crimen põt in ipsam cadere. Veritas est, vniuersitatem condemnatam de furto non effici infamem, vel de alio delicto, ex quo infamia irrogatur, per rationes supra adductas; nam ista pœna infamiæ, est pœna personalis; quæ in vniuersitatem propriè cadere non potest. Non obstat dictum cap. per inquisitionem
53 vbi dicitur ꝙ † contra vniuersitatem inquiritur pro-
54 pter infamiam, quia respondetur, † infamiam posse considerari duobus modis. Primò enim modo dicitur infamia alicuius, idest status eius maculatus l. cognitionum. §. 1. ff. de varijs, & extraord. cognit. secundo modo, dicitur infamia de aliquo, idest publica vox, & fama contra aliquem. Primo modo vniuersitas non est infamis; sed secundo modo sic; quia vniuersitas potest laborare infamia, ex qua deuenitur ad inquisitionem, idest põt esse publica vox, & fama cõtra vniuersitatem ipsam, scilicet commisisse aliquod delictum; & hæc secunda infamia appellatur infamia de homine, quæ non inest ipsi homini, sed de ipso homine dicitur, & extat apud bonos, & graues viros; & de hac secunda infamia loquitur dictum cap. per inquisitionem. Prima autem infamia, quę

non potest cadere in vniuersitatem, appellatur infamia hominis, & ipsi homini inest, & de ista loquitur I. C. in d.l.cognitionum.§.1.& per totum titulum. ff.de his qui not.infa.& per tot.titul C. ex quibus causis infamia irrogatur. Bald.in d.l 6.§ 2.nu.3.& 4.ff. de his qui not. infamia. Hactenus vidimus de delictis vniuersitatũ nunc
55 videamus de † quasi delictis ipsarum communitatum nempè de ijs, quæ in earũ territorio fiunt, quæ propriè non possunt dici delicta ipsarum vniuersitatum, cùm ab ipsis non committantur, sed ab alijs; sed quia aliqua culpa potest asscribi ijsdem cõmunitatibus ratione huiusmodi delictorum, quæ ab alijs in earum territorio perpetrantur, ideò ex quasi maleficio tenentur, & obligatæ intelliguntur.§.2.& §.penult.Institut.de obligat.quę ex
56 quasi delicto nascuntur. Videamus igitur † an vniuersitates ex dispositione iuris communis teneantur denũtiare maleficia, quę in earum territorio committuntur, teneanturq; capere malefactores, & delinquentes, necnon emendare damna data in earum territorio, & quid si lege municipali, & particulari hæc omnia sint disposita, & introducta. Bar.in l. ne quid.num. 2.ff.de incendio, ruina, naufragio.tenet, vniuersitatem teneri in simpli, si delictum factum sit, & damnum datum ipsa vniuersitate sciente, & prohibere valente.l.culpa caret, & ibi ẽt glo.ff.de reg.iur.& hoc est mirabile; quia aliàs, sola sciẽtia non facit quem teneri de maleficio, nisi interueniat iussus, vniuersitas autem tunc intelligitur hoc scire, quãdo maleficium est factum ita palam, & publicè, vt sciuerit maior pars vniuersitatis. l. quod maior. ff.ad municip.cum l.municipes. ff. eod. municipes intelliguntur scire, quod sciuntij, quibus summa reipublicæ commissa est.l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur. sequitur hãc doctrînam Bartoli, Marcus decis.556.num. 1. volum. 2. Iason remissiuè, in l.si quando num.42.C.vnde vi.Ozas decis. 138.num.24.& num.vltimo.vbi dicit prædictam doctrinam Bar.in d.l.ne quid num.2.communiter à Doctoribus nostris esse approbatam; & hæc procedunt secundũ dispositionem iuris communis. Sed quia in multis partibus Italiæ, aliarumque prouinciarum extant statuta

dispo-

disponentia, vniuersitates seu ipsarum sindicos teneri denũtiare maleficia, capere malefactores, & propria cu stodire territoria, aliàs teneantur ad emendandum dãnũ datum; ideo operæpretium esse duxi aliqua de hac materia frequenti, & quotidiana scribere, vt nihil eorũ ignoretur, & omittatur, quod ad hanc materiam perti-
57 net. Primò igitur dispiciamus † an huiusmodi statuta tanquàm iusta, rationabilia, & æquitati consentanea valida, & firma sint, an verò tanquam iniqua viribus nõ subsistant. Prima fronte huiusmodi statuta tanquam iniusta, & iniqua videntur esse, & per hoc nullam firmitaté, & robur habere. Pro qua opinione adducitur textus in auth. vt nulli iudicium §. quoniam verò cõtingit. in illis verbis, aut damnum eorum inferre vicis. vbi, Im
58 perator vult † delinquentes posse dumtaxat puniri, neq; vnum pro alio castigari posse, & glo. ibid. in verbo, vicis, inuehitur in magistratus punientes vniuersitatem pro aliquo delinquente. pro hoc sunt textus infiniti. l. crimẽ ff. de pęnis. cuius verba hæc sunt. crimen paternum, vel pæna paterna nullam maculam filio infligere potest: nãque vnusquisq; ex suo admisso sorti subijcitur, nec alieni criminis successor constituitur. Idẽ dicitur in l. sancimus. C. de pœnis, quo loci Imperator scribit hæc verba, sancimus ibi esse pęnam, vbi, & noxia est; propinquos, notos, familiares procul à calumnia submouemus, quos reos sceleris societas nõ facit, nec enim affinitas, ac amicitia nefarium crimen admittunt: peccata igitur suos teneant auctores, nec vlteriùs progrediatur metus, quàm reperiatur delictum. huc pertinet tituli. C. ne filius pro patre, vel pater pro filio, vel libert⁹ pro patrono, vel seruus pro domino cõueniantur, & tit. C. ne vxor pro marito, vel maritus pro vxore, vel mater pro filio conueniatur. & tit. C. vt nullus ex vicarijs pro alien. vic deb. teneatur lib. 11. l. 4. C. de exequutoribus, & exactoribus lib. 12. idẽ tenet Bal. in d. l. sancimus. C. de pęnis. vbi dicit, statutum quo cauetur illos de domo teneri pro consorte, esse contra ius diuinum, & humanum, & in cap. cognoscentes. col. 1. circa medium. ext. de constit. asserit hu-
59 iusmodi statuta plerumque esse iniqua, & iniusta: † vbi enim

enim non est delictum, & culpa, ibi regulariter non debet esse pœna. cap. 2. de constitut. d. l. sancimus. iniquum preterea videtur, alterius odio, alios prægrauari cap. nō debet. de reg. iur. in 6. Ergo huiusmodi statuta tāquam iuri, naturaliq; rationi, & equitati aduersantia non debent valere. Contrariam tñ opinionem de iure veriorem esse existimo, s. huiusmodi statuta, vt vniuersitates pro delictis aliorum teneantur in pœnis pecuniarijs, etiamsi nihil verè, vel præsumptiuè commiserint valida esse, & iure subsistere posse. Pro qua opinione adduco textum in terminis, in § 2. iuncto §. pen. Instit. de oblig. quæ quasi ex delicto nasc. vbi, is ex cuius cœnaculo siue ædibus in quibus habitat deiectum, effusumq; aliquid est, ita vt alicui noceret, quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo aūt non propriè ex maleficio obligatus intelligitur; quia plerunq; ob alterius culpam tenetur. Non obstant modo in cōtrarium adducta; quia illa procedunt regulariter, secundum dispositionem iuris communis, quando nulla culpa potest imputari ei, qui pro alio conuenitur, siue in committendo, siue in omittendo; secus si eius culpæ aliquid potest ascribi d. §. 2. & §. pen. & ista statuta essent iniqua, & iniusta si essent sine causa, quod dici non potest: iustæ autem causæ sunt, vt magis à delictis abstineatur, reprimaturq; sceleratorū hominum audacia, neve depopulationes, & deprædationes fiant, quæ omnia publicam respiciunt, & concernunt vtilitatem, & commodum. Ozas. decis. 88. per totam.

60 Ceterum, licet huiusmodi † statuta sint valida, vt diximus, strictissimè tamē tanquam odiosa, & exorbitantia debent intelligi, & restringi, vt scriptum reliquit Ias. in l. de quibus. num. 57. circa finem. ff. de legibus. Ozas. d. decis. 88. num. 4. & 5. Presupposita igitur validitate huiusmodi statutorum, aliqua in specie de ipsis dicamus, & primò de statutis, quibus cauetur, & disponitur vt vniuersitates, seu earum sindici teneantur denunciare maleficia in proprio territorio cōmissa. Præmitto

61 itaq; † potestatem, & auctoritatem constituendi istos sindicos, & officiales ad denunciandum maleficia, quæ in proprio cuiusq; communitatis territorio committū-

tur,

tur, residere duntaxat penes ipsas vniuersitates, seu decuriones, & consiliarios, ita scriptum reliquit Angelus
61 in l. vnica. C. de irenarchis, lib. 11. † nec posse istos officiales sic deputatos vti, & exercere officium, nisi prius iurauerint benè, rectè, & fideliter ipsum officium exercere, & administrare. Bald. in l. 5. num. 2. C. de bonis va-
63 cantibus lib. 10. † quo in officio tenentur de dolo, & lata culpa, imò in eis requiritur exacta diligentia, ratione suscepti officij, siue mandati; siue enim eos æquiparemus procuratoribus tenentur de leuissima culpa, siue tutoribus, vel curatoribus tenentur de leui culpa. Bald. in l. 5. num. 15. C. de episc. & cleric. Marcus decis. 556. num. 5.
64 volu. 2. Vnde si † sindicus deputatus ad denuntiandum maleficia accipiat pecuniam, vt aliquem falsò denũciet punitur pœna falsi, l. 9. §. 1. & ibi etiã Bart. ff. ad l. Corn.
65 de falsis. Et etiam è contrario † si huiusmodi sindici, & officiales communitatis, qui tenentur ex forma statuti denuntiare maleficia sub certa pęna ad instantiam malefactorum pecunia accepta, non denuntiant, puniũtur; & si fecerunt sibi caueri de indemnitate, idest de soluendo omnem pęnam, quam sindicus propter hoc pesset incurrere; ista promissio nihil valet, nec posset à promissore peti, si quam pęnam sindicus solueret. Castrens. in l. 71. §. illud quod vulgò num. 4. ff. de fideiussoribus. Alex.
66 in l. 7. §. 1. num. 5. ff. de pactis. † Tenentur igitur huiusmodi sindici deputati ad denuntiandum maleficia de dolo, & sic de euidenti calumnia, secus de præsumpta ca-
67 lumnia; licet enim regulariter † denuntiatores teneantur probare omnia ea, quæ denuntiant l. diuus. ff. de custod. reor. & non probantes incidant in S. C. Turpilianum, & calumniari pręsumantur l. ab accusatione. §. nũciator. ff. ad S. C. Turpilianum. hoc tamen locum non habet, & de iure, & de consuetudine in huiusmodi sindicis, qui ex necessitate officij tenentur denuntiare male-
68 ficia, † non enim tenentur probare contenta in denuntiatione, sed solum nomina testium dare iudicis; neque deficiẽtes in probatione præsumuntur calumniari; quia quicquid faciunt illud agunt ex necessitate officij; simi-
69 liter enim videmus esse in tutoribus, & curatoribus, † q.

non

non tenentur de præsumpta calumnia, sed dumtaxat de euidenti; & hoc propter officij necessitatem. textus est elegantissimus in l.2.C.de his, qui accusare non possūt. cuius hęc verba sunt. nec enim facilè tutores vel curatores, qui ex officio, & periculo suo res pupillorū, vel adolescentium administrant sententiam notantur; nisi euidens eorum calumnia iudicanti apparebit; & hoc, quādo sumus in dubio, istos sindicos denuntiantes maleficia carere dolo, & euidenti calumnia, secus si de illorum calumnia euidenti, & dolo constaret, quia tunc cessat pręsumptio innocentiæ, &
70 † incidunt in S.C. Turpilianum, vel extrà ordinem puniuntur. Mascharduus conclu. 506. per totam. l. diuus. §. fi. ff. de custo. reorum. Bar. in l. 6. §. nuntiatores. n. 2. ff. ad S.C. Turpilianum. Hinc fit, vt hu-
71 iusmodi † sindici communitatum denuntiantes maleficia ad alterius instigationem excusentur, si isti instigatores sūt personæ, quibus verisimiliter credi debet, aliàs non. Bar. in l. 24. num. 4. ff. ad legem Corneliam de falsis,
72 cùm enim † eis ex necessitate officij conueniat denuntiare maleficia, quęlibet colorata causa, & sic huiusmodi instigationes excusant, & releuant eos, à præsumpta calumnia. l. tutorem. ff. de his quibus vt indig. l. post legatum §. aduocatum ff. eod. titulo, & ideò nō tenentur, nisi de euidenti calumnia. tex. est notabilis in l. 6. §. nuntiatores & ibi etiam Bar. nu. 1. ff. ad S.C. Turpilianum. Idem
73 est si de tali maleficio erat publica vox, & fama; † excusantur enim etiam hoc casu, cùm sit iustus error; secus si temerè procederent ad denuntiandum. Bal. in l. 30. §. j.
74 num. 5. ff. de acquir. hæred. & † debent denuntiare maleficia taliter qualiter sciunt, & non aliter. Bald. in l. 1. §. potest autem ff. de oper. noui nunciat. Hinc etiam sequi
75 tur; vt † si huiusmodi officiales deputati ad denuntiandum maleficia nesciant neq; legere, neq; scribere, vt plurimùm accidit, & faciant scribi ab aliquo notario denūtiationem, scilicet nomen delinquentis, & locum, & notarius errauerit vel in nomine delinquentis, vel in alia re; certè iudex non poterit punire tales sindicos; quia talis error ipsis nocere non debet; nisi constet eos falsam fecisse relationem. Hippol. de Marsil. in d. l. qui ignorās,
num.

76 num.9. licet enim ex ter † statutum, quòd denuntiationi maleficij factæ per sindicum communitatis, & relationi ipsius stetur; hoc tamen debet intelligi, nisi contrarium probetur, vel contrarium appareat. Castrens. in l. 2. nu. vlt. ff. si ex noxali causa agatur quemad. caue. Prætereà in multis alijs casibus excusantur huiusmodi sindici, & officiales vniuersitatum maleficia non denuntiantes, in quibus non tenentur, nec puniuntur: quorum primus
77 est, † si sindicus fuerit præuentus per accusatorem, vel à principali offenso, vel à iudice, qui inquisiuit; his enim casibus non tenetur denuntiare maleficia. Bald. in l. 10. num. 1. C. de his quibus vt indignis. & ibid. Bar. nu. 1. idē Bar. in l. 1. §. eleganter. num. 2. ff. de liberis agnosc. Secun
78 dò, † sindici qui tenentur denūtiare maleficia excusantur, neque tenentur denuntiare clandestina, quæ sciri non possunt: tempus enim statutum ad denuntiandum maleficia non currit à die commissi delicti, sed à die publicati delicti, ex quo sindicus sciuit, vel scire potuit: si enim maleficium stetit occultum, vel non sunt inuenti malefactores, non debet sindico imputari. Barto. in l. 6. nu. 1. ff. de calumniatorib. & in l. 15. §. hoc interdictum. num. vlt. ff. quod vi aut clam. Barto. in l. hæredem. nu. 1. ff. de his quibus vt indign. Hyppolitus de Marsil. in l. qui ignorans. num. 14. ff. ad l. Corn. de falsis. & in l. qui falsam monetam. num. 74. ff. eodem titu. Bald. in l. j. §. occisorum. num. 1. & 2. ff. ad S. C. Syllanianum. Marcus decis. 556. num 4. vol. 2. à die igitur scientiæ delicti, tenetur sindicus denuntiare malefactum etiamsi tempus à statuto præfixum sit lapsum; secus si sindicus habuit scientiā delicti postquàm reus præscripserat; quia hoc casu amplius non tenetur denuntiare. Bald. in l. 8. num. 2. ff. de
79 his qui not. infamia. Tertiò, † non tenentur denuntiare maleficia de nocte, vel alio tempore commissa, in quo impossibile est sindico scire malefactorem. Hippolyt. de Marsilijs in l. in criminibus. §. præterea. num. 95. ff. de quæstionibus. Marcus decis. 556. per tot. vol. 2. Quartò,
80 † statutum si dicit sindicos teneri denuntiare percussiones sanguinolentas, non tenentur denuntiare percussiones in quibus est leuis cutis scissura. Hyppol. de Marsi-

lijs

lijs in l. si vt allegas. n. vlt. C. ad l. Corn. de sicarijs. Quintus
81 casus est, † si iudex esset absens, & per hoc sindicus nō poterit intra tēpus præfixum à statuto denuntiare maleficium, hoc enim casu excusatur, nec incidit in pœnā: cautela tñ traditur hoc casu quando iudex absens est, q̀ compareat sindicus intrà terminum, & tempus præfixum à statuto ad tribunal, & protestetur. Bart. in l. 2. §. item si n. 9. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Sextus est
82 casus in quo excusatur à pœna, † si denuntiauit compulsus à iudice, & hoc est verum, si huiusmodi sindicus nō differebat denuntiare, & sic non erat in mora, quo casu licet compulsus à iudice denuntiet, excusatur, neq; incidit in pœnam; secus si procrastinabat, & differebat denuntiare maleficium; hoc n. casu, si compulsus à iudice denuntiauit, tenetur, & punitur. Bart. in l. 2. §. quid ergo. ff. ad S. C. Turpillia. Quid autem si plures commiserunt
83 vnum delictum, & † sindicus omisit denūtiare vnum ex ipsis delinquētibus? an teneatur ad integram pœnam in statuto comprehensam, ac si nullum denuntiasset? vide
84 Alex. in l. 6. n. vlt. C. de his quib. vt indig. Similiter, † sindicus communitatis, si teneatur sub certa pœna denuntiare maleficia, & publica vox & fama est, q̀ ipse sindicus commisit aliquod maleficium, & ipse est certus de contrario, non tenetur denuntiare seipsum. aliud & diuersum est si publica vox, & fama est de alia persona, licet non commiserit, & ēt ipse sindicus credat, q̀ non cōmiserit. Castr. in l. 30. §. 1. n. 7. ff. de acq. hær. Sed quid si ipse sindicus verè commisit delictum? an teneatur seipsum denuntiare? dic q̀ non. Castr. in l. 16. §. Diuus quoq; n. vlt. ff. de publ. Alex. in l. 30. §. 1. n. 12. & 13. & n. 14. ff. de acq. hær. Bart. in d. §. diuus quoq; & ibi in addit. & in l.
85 cum quidam. § 1. n. 6. & vlt. ff. de acq. hær. Præterea † si ex forma statuti sindicus communitatis debeat denuntiare maleficia intra certum tempus, sub certa pœna, & aliqualis antequàm esset creatus sindicus denuntiauit, certè postquā est creatus sindicus non habet necesse iterum denuntiare. Castr. in l. 18. n. 2. ff. de iniusto, rupto, &
86 irrito test. Postremò, † sindicus non tenetur denuntiare maleficia commissa per personas, cōtra quas non tenetur

netur ferre testim oniū. Alex. in l. 30. §. 1. in pen. ff. de acq. hær. E contrariò autem multi sunt casus, in quibus licet aliqua sit dubitatio, & difficultas, tenetur tñ huiusmodi sindici ab vniuersitate constituti denuntiare, & in dicare maleficia in ipsius vniuersitatis territorio perpe
87 trata: aliàs puniuntur & mulctantur: ecce enim † sindic⁹ tenetur denuntiare maleficium durante eius officio cōmissum, licet tépore denuntiationis non sit amplius sindicus; inspicitur. n. tempus delicti perpetrati, & non tem pus denuntiationis. Bald. in l. 22. §. vlt in 2. lect. ff. de neg.
88 gest. Secundò, † si delictum sit commissum in confinib. vel in locis limitrophis, sindici vtriusq; loci tenebuntur denuntiare maleficium. Bald. in l. 2. n. 1. C. vbi de crimi-
89 nib. agi oport. Tertiò, † tenentur isti sindici denuntiare maleficia, et si sint impunibilia, puta si quis occidit bannitum, qui de iure, & impunè potuit occidi: quemadmo
90 dum enim † res debet denuntiari, & consignari, licet de ea solui nō debeat gabella, aliàs incidit in commissum. l. 16. § diuus quoq; ff. de public. eodem modo videtur dicendum q̃ debeat sindicus denuntiare maleficium, licet sit impunibile; maximè cùm non pertineat ad sindicum cognoscere an delictum sit punibile vel non, cùm non sit nisi merus executor. ita tenet Bar. in d. §. diuus quoque n. vlt. & in l. 5. §. accusationem. n. 5. ff. ad S.C. Tupillian. & in l. 3. §. si maritus. n. 2. ff. ad S.C. Syllan. & hęc opinio est verissima; licet contrarium teneat Alex. in l. 2. num. 6. C. vt nemo priuatus. Explicatis his, quæ pertinent ad materiam denunciationis maleficiorum, nūc aliqua de his, quæ spectant ad capturam malefactorum, & delinquentiū dicamus. Dispiciamus itaq; quomodo statutū istud vt vniuersitates teneantur capere malefactorem intel-
91 ligendum sit; & an, & quando locum habeat. † Vniuersitas igitur quę tenetur ex forma statuti capere malefactorem sub certa pœna, non tenetur capere eum, qui occidit bannitum, vel alium, qui poterat impunè offendi.
92 Bar. in l. 3. §. si maritus. num. 2. ff. ad S.C. Syllan. † Quid si vnum ex plurib. malefactorib. duntaxat præsentauit? an & qualiter teneatur? vide Bart. in l. 3. §. vlt. in addit. ff. de public. & an omnes de vniuersitate insolidum tenean-

neantur ad pœnam compræhensam in statuto? & an so-
93 lutio vnius liberet alios? Videtur quod non; quia † quã-
do plures tenentur ex maleficio, solutio vnius non libe-
rat alios, & vno exacto alij non liberantur. l. item mela.
§. si plures. ff. ad l. Aquil. l. si quis quod, in fi. ff. de iurisd.
omn. iud. Contrarium tñ est verius, quia isti de vniuer-
sitate tenentur quasi ex maleficio, cùm de facto alterius
teneantur, & ideo solutione vnius alij liberantur. l. 3. ff.
de his, qui deiecer. vel effuder. l. 4. §. is quoq; vbi Bart. ff.
de act. & obl. aliud igitur est in maleficio, aliud in quasi
maleficio, in quo multa sunt specialia, per tex. in d. §. is
94 quoq; & ibi gl. Præterea istud † statutum quòd vniuer-
sitas teneatur capere malefactores sub certa pœna, non
habet locum, neq; intelligitur de clericis malefactorib.
& delinquentib. Hypp. de Mars. in rub. ff. de fideiuss. nu.
95 118. Et † si plures fecerint vnum homicidium, vel aliud
delictum, & vniuersitas nõ cæpit eos, an teneatur pluri-
bus, & tot pœnis, quot sunt malefactores, an vna tantũ;
Dic quod tenetur vnica duntaxat pœna; quia statutum
quod loquitur indefinitè æquipollet vniuersali: & ideò
illa verba statuti, si nõ cæpit malefactores resoluuntur,
idest, si oẽs malefactores non cępit. Hypp. de Mars. in l. si
in rixa. n. 6. ff. ad l. Corn. de sicar. Bar. in l. 3. §. vlt. ff. de pu
blic. & in l. 17. n. 4. ff. ad l. Corn. de sicarijs. Bald. in l. 16. n.
96 4. C. de his qui accus. non poss. † Excusantur tñ vniuer-
sitates, nec incurrunt pœnam statuto compræhensam si
non cęperunt malefactorem, qui deliquit in cõfinio, seu
locis limitrophis, ita vt statim transierit ad aliud terri-
torium, & non potuerit capi, ét summa diligentia adhi-
bita. Bald. in l. j. §. occisorum. n. 2. ff. ad S. C. Syllan. Eodẽ
97 modo † excusantur si maleficium sit factum clàm vel de
nocte, ita vt delinquens aufugerit. Marc. decis. 556. n. 2. &
3. vol. 2. & decis. 555. n. 1. vol. 2. dũmodo nulla culpa pos-
sit vniuersitati ascribi. Ang. in l. 4. nu. 1. C. de naucul. lib.
11. Nunc superest vt pro complemento totius pręsentis
quartæ partis huius tractatus nostri, s. de delictis, vel
quasi delictis vniuersitatum aliqua tractemus de statu-
tis, quib. disponitur, vniuersitates de delictis perpetra-
tis, & damnis datis in earum territorio teneri, & obli-

gatas

gatas esse de proprio resarcire ipsa damna; quæ materia est frequens, & quotidiana, & indies in foro, & palatijs
98 versatur, & tractatur. Primò igitur sciendum est † huiusmodi statutum non debere intelligi quando scitur à quo fuit illatum damnum, & est soluendo; quia tunc nõ debet quis grauari odio alterius, sed debet intelligi in duobus casibus, scilicet quando ignoratur à quo damnũ fuerit illatum, vel scitur, sed is qui damnum intulit non est soluendo. Ozas. decis. 88. n. 31. Papiens. fol. 136. nu. 5. estque necessarium, vt constet verè de damno illato, & non per contumaciã. Hypp. de Marsil. in l. de vnoquo q;
99 n. 174. ff. de re iudic. & † damnum, seu interesse est probandum liquidè, nec sufficit iuramẽtum damnum passi; vbicunq, .n. non agitur directò contra dolosum, seu delinquentem, sed contra tertium, qui ex dolo, & delicto commisso per alium tenetur, iuramentum non sufficit, Cagn. in l. vnic. n. 126 127. 128. C. de sent. quę pro eo quod interest. Bart. in l. 1. n. 2. ff. quando ex facto tut. & in l. 7. n. 3. ff. de incend. rui. & naufr. Ias. in l. si quando n. 37. 38. 41. 42. & 58. C vnde vi. probato tñ liquidè damno, super quantitate, seu ęstimatione damni, statur iuramẽto dãnum passi. Bart. in l. 9. n. vlt C. vnde vi. & in l. diuus Traianus. n. 2. ff. de milit. testam. verè igitur, & concludenter debet probari de damno dato, aliàs statutum non habet locum. Alex. cons. 47. n. 1. & 2. vol. 6. sed qualiter damnũ datum probetur, vide Gaill. lib. 2. pract. obser. obser. 64. per tot. Et per hoc, statutum quo cauetur vniuersitatẽ teneri de homicidio cõmisso in eius territorio, nõ habet locũ, nisi prius probetur homicidium fuisse commissum in territorio illius vniuersitatis, quæ pro hoc conuenit; nec sufficit ad condemnationem si aliquis occisus reperiatur in eius territorio, quia potuit esse occisus alibi, & portatum esse corpus ibi: nam, nõ probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc. C. de probat. ita Cast. in l. 5. §. docere aũt debet. n. 4. ff. ne quis eum, qui in ius
100 vocatus. Præterea, † hoc statutum intelligendum est, vt ita demum locum habeat, si aliqua culpa ipsi vniuersitati possit ascribi, ratione dãni dati in eius territorio;
101 secus si nulla culpa. Hinc fit, vt † cõmunitas non tenea-

R tur

tur de damno dato casu fortuito, puta de incẽdio. Hyppol. de Marsi. in l. lege Cornel. n. 118. ff. ad leg. Corn. de sicar. nec de damno dato de nocte, vel occultè, vel in multitudine hominum, vel per vim hostium, cuius violentię vniuersitas non poterat resistere. Bal. in l. 5. nu. 10. C. de epis. & cler. Hypp. de Mars. in d. l. lege Cornel. n. 118. ff. ad l. Corn. de sicar. Bal. in l. j. §. occisorum. n. 2. ff. ad S C. Sillan. Ozas. decis. 138. n. 25. & vlt. & decis. 88. nu. 31. & 32. Marc. decis. 555. n. 1. & 2. vol. 2. & decis. 556. nu. 4. eo. vol.
102 vel † si postquam vniuersitas fuit condemnata propter damnũ datum, malefactor, & is, qui damnum dedit fuit captus, & inde furca suspensus; nam vniuersitas remanet liberata. Bal. consi. 203. lib. 1. Bart. in l. 3. §. vlt. & ibi in
103 addit. ff. de public. Sed quid † si damnum datum sit in via, quæ est communis duarum vniuersitatum? Certè vtraq; villa insolidum tenetur; sed per solutionem factã ab vna, altera liberatur. Alex. in l. 5. §. j. n. 7. ff. de leg. 1. Ce-
104 terùm, † quando vniuersitas tenetur ad emendandum damnum datum in eius territorio, & pro soluenda ęstimatione damni dati imponit collectã, nulli dubium est imponi debere per solidum, & libram, seu pro quantitate patrimonij, & non per capita. Bart. in l. 7. n. 5. ff. de incend. rui. naufr. & in solutione istius collectæ de iure cõmuni non tenentur contribuere, & concurrere minores, mulieres, clerici, senes, infirmi, & absentes. Borgn. decis. 68. n. 12. cum plurib. seq. is tñ cui damnum datum est, si sit de eadem vniuersitate, contribuet in solutione huius collectæ. Castr. in l. 107. §. si Titio ita legatum fuerit. nu. 2. 3. & 5. ff. de leg. 1. Bart. in l. 39. §. j. n. 6. ff. de excusat. tut. in 2. lect. fol. 97. & vno de vniuersitate soluente æstimationem damni dati, alij oẽs liberantur, cùm de delicto alterius teneantur. l. ex maleficijs. §. is quoq; ff. de actio. & oblig. Bar. in l. 7. n. 4. ff. de incẽd. ruina. Et ex istis remaneat expedita ista quarta pars pręsentis nostri tractat*.

Quartæ Partis finis.

TRA-

TRACTATVS DE IVRE Vniuersitatum.

PARS QVINTA, ET VLTIMA.

De succesfionibus, quę tàm ex testaměto, quàm ab intestato competunt, & debentur Vniuersitatibus. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitates omnes, collegiaque licita, & approbata possunt ex vltimis voluntatibus hæreditatem, fideicommissa, & legata capere.*

2 *Hæreditas, legatum, & fideicommissum, nedum pōt relinqui toti ciuitati, sed etiam vni parti ciuitatis.*

3 *Hæreditas, legatum, & fideicommissum relictum vni parti ciuitatis, tanquam sectæ non valet.*

4 *Legatum factum ciuitati, vel alij vniuersitati valet, siue consistat in commodo pecuniario, siue sit relictum ad honorem, vel ornatum ipsius vniuersitatis.*

5 *Legatum factum parti ciuitatis, vel alterius vniuersita-*

uersitatis, an possit peti per ipsam partem vniuersitatis, seu eius sindicum, an verò spectet ad totam vniuersitatem petere huiusmodi legatum.

6 *Vsusfructus potest relinqui ciuitati vel alteri vniuersitati.*

7 *Vniuersitas repræsentat personam viuentem, & ideò est capax vsusfructus.*

8 *Hæreditas iacens repræsentat personam mortuam, & ob id vsumfructum acquirere non potest.*

9 *Vsusfructus relictus ciuitati, vel alteri vniuersitati, quibus modis, extinguatur.*

10 *Legatum annuum factum ciuitati, vel alicui alteri vniuersitati, an finiatur centum annis, sicut legatum vsusfructus.*

11 *Legatum si sit factum alicui Reipublicæ ad certum vsum, seu ad certam rem faciendam, an possit illa pecunia legata vniuersitati expendi, & conuerti in alium vsum.*

12 *Falcidia an possit detrahi de legatis reipublicæ relictis.*

13 *Hæreditas, legatum, vel fideicommissum relictum ciuibus alicuius ciuitatis indefinitè, an censeatur factum, & relictum ipsi vniuersitati, an verò singulis de vniuersitate.*

14 *Indefinita æquipollet vniuersali.*

15 *Ciuitas quid sit.*

16 *Ciuitas repræsentatur per ciues.*

17 *Hæreditates & legata regulariter relinquuntur ob benemerita præcedentia.*

18 *Vtilitas publica præferenda est priuatorum vtilitati.*

19 *Hæreditas, legatum, vel fideicommissum relictum particulariter quibusdam ciuibus, non censetur factum ipsi ciuitati, sed ipsis ciuibus, tanquàm singulis.*

20 *Legatum, hæreditas, vel fideicommissum relictum ciuibus expressis nominibus proprijs ipsorum ciuium*

an, &

an, & quando censeatur relictum ipsis ciuibus, an vero ipsi ciuitati.

21 Legatum, hæreditas, vel fideicommissum relictum ciuibus non censetur factum ciuitati, quando ciuitas est incapax, sed videtur factum ipsis ciuibus tanquàm singulis.

22 Legatũ, hæreditas, vel fideicõmissum relictũ administratoribus alicuius ciuitatis, vel alterius vniuersitatis an, & quando censeatur factũ ipsi ciuitati, vel ipsis administratoribus tanquàm singulis.

23 Legatum relictum omnibus hominibus alicuius ciuitatis an videatur factum singulis, an verò ipsi ciuitati.

24 Seruus vniuersitatis, hæres institutus, si antequàm adeat hæreditatem manumittatur, vel alienetur, an possit adire nihilominus hæreditatem.

25 Fideicommissum tàm vniuersale, quàm particulare potest relinqui vniuersitati.

26 Fideicommissum vniuersale relictum vniuersitati transit ipso iure in vniuersitatem absque aliqua restitutione, verbali, vel reali.

27 Fideicommissum tàm vniuersale, quàm particulare potest relinqui ab vniuersitate.

28 Vniuersitas aliud est, & quid separatum, & diuersum à singulis de vniuersitate.

29 Vniuersitas fideicommisso grauata detrahit quartam Trebellianicam.

30 Vniuersitas, si est in mora præstandi fideicommissum, vel legatum, tenetur ad vsuras, à die moræ.

31 Legatũ vel fideicõmissum si sit relictũ reipublicæ, & hæres extiterit in mora præstandi ipsum legatũ, vel fideicommissum, tenetur ad vsuras à die moræ.

32 Vniuersitates non solum de iure ciuili possunt capere, & acquirere relicta ex testamento, & alijs vltimis voluntatibus, sed etiam de iure prætorio.

33 *Bonorum possessio ex testamento duntaxat defertur ciuitatibus, & alijs vniuersitatibus.*

34 *Bona vacantia debentur Fisco & non ciuitati.*

35 *Vniuersitas superiorem non recognoscens est Camera, & Princeps sui ipsius.*

36. *Bonorum possessio ab intestato competit vniuersitati in bonis liberti ipsius vniuersitatis ab intestato decedentis.*

37 *Vniuersitas succedit proprio liberto ab intestato decedenti.*

38 *Collegium an, & quando succedat collegiato ab intestato decedenti.*

39 *Ciuitates non succedunt ciuibus ab intestato decedentibus.*

40 *Ciuitates aliaque respublicæ superiorem recognoscentes, licet possint habere bona communia, fiscum tamen nec iura fiscalia habere possunt.*

41 *Collegium, vel ordo decurionũ succedit decurioni ab intestato decedenti sine hærede, fisco excluso.*

42 *Collegium, seu ordo decurionum debet habere quartã in bonis decurionis, si extraneus ipsi decurioni succedat.*

43 *Collegia omnia licita, & approbata succedunt collegiatis ab intestato sine hærede defunctis, excluso fisco.*

44 *Collegium, seu corpus alicuius magistratus succedit suis officialibus ab intestato sine hærede accidentib. excluso fisco.*

45 *Collegium quibus in casibus non succedat collegiato ab intestato sine hærede defuncto.*

46 *Vniuersitates, collegia, aliaque corpora illicita non possunt, neque ex testamento, neque ab intestato succedere, & relicta capere.*

47 *Legatum, hæreditas, vel fideicommissum relictũ alicui collegio, ad hoc vt valeat necesse est probare ipsũ*

collegium

collegium esse licitum, & approbatum.

48 *Collegium omne in dubio præsumitur illicitum, nisi licitum probetur.*

49 *Collegium omne in dubio censetur incapax hæreditatis, legati, & fideicommissi.*

50 *Collegium iudæorum non potest acquirere hæreditatem, legatum, vel fideicommissum.*

51 *Collegium iudaorum non est reprobatũ rõne secta.*

52 *Legatum, hæreditas, vel fideicommissum potest relinqui singulis, & particularibus personis de vniuersitate, seu collegio illicito.*

53 *Legatum factum singulis de collegio, non dicitur factum collegio.*

54 *Legatum factum iudæo, an valeat.*

55 *Legatum, hæreditas, vel fideicommissum relictũ particularibus personis de vniuersitate & collegio illicito, quando non valeat.*

56 *Legatum factum iudæis alicuius loci, vel omnibus alicuius collegij illiciti, non tamen ratione secta, an censeatur relictum tanquàm collegio, vt ita non valeat, an autem vt singulis, vt ita valeat.*

57 *Actum debemus interpretari, vt potius valeat, quàm pereat.*

58 *Testator nõ censetur elegisse viam, per quam iudiciũ suum impugnetur.*

59 *Coniecturis est locus in incertis, non autem in claris, & certis.*

1 
Nniuersitates† omnes, collegiaq; licita & approbata, ex vltimis voluntatibus posse, & hæreditatem, fideicommissa, & legata capere certi, & indubitati iuris est, vt constat ex l.8.C.de hæred.inst.l.25.§.j.ff. de acq.hær.l.j.C.de sacrosf.eccl.l.si quis à filio.§.si parti.ff.de lega.1.l.si hæres.§.vicis.ff.eo.l.vnica. ff.de liberis municip.& aliarum vniu.l.cum senatus.l.2.

ff.de reb.dub.l.j. §.si autem collegium. ff.ad S.C.Trebell. l.j.& 2.C. de hæred.inst.l.3.C.ad S.C. Trebell. l.omnib. l.recusare.§. item municipes.ff. eod.tit. ad S.C. Trebell. glo.in l.j.in verbo, aliorum. l.penult.cũ l.vlt. ff.quod cuiusq; vniuer.nom.l.ciuitatib.l.si quid 120. ff. de legat.1. l.vlt.C.de sacrosf.eccl.l.3.in fin.C. de compensat.l. municipib.ff.de condit.& demonstrat.l.2.C.de administ. rerũ public lib. 11.l.vlt.in prin.vbi etiã glo.1.C.de vend. reb. ciuit.lib. 11. neque relicta vniuersitatib. approbatis vitiantur,tanquàm relicta incertis personis, vt scriptum reliquit Bart.in l.j.n. 2.& ibi etiam Cagnol. nu.20.23.& 24.C.de sacrosf.eccl.facit l.id quod pauperib. C. eod.tit. ciuitatib. igitur,castris,villis,alijsq; vniuersitatib.licitis
2 hæreditas,legata,& fideicõmissa relinqui possunt. † nec solum legatum factum toti ciuitati valet,sed ẽt legatum factum vni parti ciuitatis.l.si quis à filio. §. si parti.ff.de leg.1. licet.n. illa pars ciuitatis nõ repręsentet totam ciuitatem,sed duntaxat totus populus, cui ideo legari potest,repręsentat tñ saltem partem,quę potest acquirere toti ciuitati. Castr.in d.§.si parti.n.1.2. & 3 & hoc pro-
3 cedit , † nisi legatum sit factũ vni parti ciuitatis tanquã sectæ,quia tunc non valet,cum sit vniuersitas illicita,& reprobata ; quoniam per huiusmodi sectas in damnum reipublicæ contenditur. l.si quis ingenuam. §. in ciuili-
4 bus. ff.de captiuis. Barto.in d.§.si parti.num.2. † ciuitas itaq; vel alia quælibet vniuersitas approbata petere potest legatum factum, siue consistat in pecuniario commodo , siue sit relictum ad honorem vel ornatum ipsius vniuersitatis,puta ad construendam, vel ornandam ecclesiam,ad alimenta pauperum,& huiusmodi generis; quibus casibus sindicus vniuersitatis potest petere hæc legata ,cùm tendant,& pertineant ad honorem, ornatũ, & ad decorem ipsius reipublicæ, publicamq, vtilitatem concernant,& respiciant. d.l.ciuitatibus. vbi de hoc est text. & ibi etiam Bart. num. 1. cum seq & in l. si quid. 120.ff.eo.tit.de legat.1 vbi de hoc est tex elegantissimus
5 Bar.in tract.de alimentis.num.39. Sed † an pars sola vniuersitatis , seu eius sindicus possit petere legatum factũ ipsi parti vniuersitatis, an verò spectet ad totã vniuer-
sitatem

sitatem petere huiusmo di legatum? Bart. in d. l. si quis à filio. §. si parti. tenet posse partē ipsius reipublicę cui factum est legatum petere ipsum legatum, seu eius sindicum. Sed Cynus in d. §. si. parti tenet contrarium, scilicet totam communitatem, seu ipsius sindicū petere debere, licet id quod legatum est parti ciuitatis debeat expendi in ornatum, honorem, & decorem illius partis ciuitatis cui relictum est. Alex. media distinctione, conciliat has opiniones, in d. §. si parti. aut, inquit, simpliciter relinquitur ad ornatū partis ciuitatis, & tūc procedit opinio Cyni; aut relinquitur certæ & determinatæ particiuitatis, & tūc procedit opinio Bart. quia ille, cui

6 legatur, & non alius ad legatū agere potest. Prętereà † legatum vsusfructus, factū ciuitatibus, castris, villis, vicis,

7 & alijs vniuersitatibus licitis, valet, & subsistit; † vniuersitas enim repræsentat personam viuentem; & ideò est capax vsusfructus. Bart. in l. 26. num. 5. ff. de stipulat. seruorum. Iason in l. j. §. municipes. nu. 9. ff. de acq. possess.

8 † secus in iacēte hæreditate, quæ repræsentat personā mortuam l. mortuo. ff. de fideiuss. & ob id vsumfructum acquirere non potest. Alex. in d. §. municipes. num. 5. valet igitur legatum vsusfructus factum alicui vniuersitati, quia potest extingui. l. Mæuius. §. fin. ff. de legatis 2.

9 & ibi etiam Bart. & in l. 8. ff. de annuis legatis, vbi † vsusfructus legatus ciuitati extinguitur si ciuitas patiatur aratrum, vel si homines inde discedant animo deserendi ciuitatem, & sic per non vsum. l. vsusfructus. ff. quib. mod. vsusfr. amitt. l. si vsusfr. municipibus, vbi etiā Bar. ff. de vsufructu legato. Nec solum vsusfructus relictus ciuitati extinguitur, & finitur modo supradicto, sed etiā spatio centum annorum: periculum enim esse videbatur ne huiusmodi vsusfructus ciuitati legatus perpetuus fieret, quia neq; morte, neq; facilè capitis diminutione periturus est, qua ratione proprietas inutilis esset futura, semper abscedente vsufructu; ideò sancitum est vsumfructum ciuitati, vel alteri vniuersitati legatum finiri centum annorum spatio, quia is finis vitæ longæui hominis est. l. an vsusfructus 56. ff. de vsufructu. Bart. in l. 26. num. 5. ff. de stipulat. seruorum. Castrens. in l. 68. §. vlt. ff.

10 vlt.ff.de lega.2. Sed an idem sit in † legato annuo facto reipublicæ, vt & ipsum sicut legatum vsusfructus finiatur centum annis? Bart. in d.l.si vsusfructus municipibus.ff.de vsufr.legato.allegat,& adducit opinionem aliquorum, qui tenent non esse idem, sed diuersum inter vsumfructum legatum, & annuum legatum. per l.annuam. l. annua. in fine. l. antepenult.ff.de annuis legat. concludit tamen idem esse in legato annuo, ꝙ in legato vsusfructus, vt vtrumq; finiatur spatio centum annorum, si ciuitati, vel alteri vniuersitati relictum sit: nam legatum annuum,& legatum vsusfructus æquiparantur & est similitudo,nisi in his, in quibus expressa dissimilitudo apparet. l. & in singulis.2.ff. de annuis legatis. & hęc opinio probatur in l.penult.cum glo. ff. eo.tit.de annuis legatis. vbi dicitur, legatum annuum,seu cōtinens perpetuam præstationem,relictum ciuitati extingui centum annorum spatio. idem dicit glos. in l. si vsusfructus municipibus.ff.de vsufr. legato, ergo idem erit in vsufructu legato ciuitati, & annuo legato eidem ciuitati facto.neq; obstant dictę leges in contrarium allegatæ,quę dicunt perpetuò legatum annuum deberi; quia illud verbum perpetuò intelligitur, & satis verificatur in spatio centum annorum, quod est longissimum vitæ tempus.l. fin.C.de sacros. eccles. iura namq; ciuitatum, & aliarum vniuersitatum præsumuntur esse centum annorū, sicut vita hominis longæui; & hæc est communis opinio,vt dicit Alexan. cons.60. per totum vol.1. Sed quid
11 † si legatum factum est alicui reipublicæ ad certum vsum,seu ad certam rem faciendam, an possit illa pecunia legata vniuersitati expendi, & conuerti in alium vsum? Circa hanc quæstionem sic potest distingui; qn̄que pecunia ciuitati, vel alij vniuersitati relinquitur,vt fiat aliquod opus,quod fieri non licet; & tunc potest conuerti in alium vsum auctoritate superioris,causa cognita,vocatis his, quorum interest.l.legatum.ff.de vsufr.legato.l.5. & 6.ff.de admin.rer. ad ciuit. pertinen. l.13.& ibi etiam glo. in verbo, non debere.ff.de pollicitatio. Si verò potest illud opus, ad quod est destinata pecunia legata,licitè fieri,tunc,aut pecunia ad hoc relicta sufficit,

& non

& non potest conuerti ad alium vsum, nisi auctoritate Principis. l. j. & 5. in princ. ff. de administrat. rer. ad ciu. pertin. aut non sufficit, & tunc potest conuerti in alium vsum, etiam sine auctoritate Principis. d. l. 5. in fi. vbi etiam Bart. & l. vlt. ff. de oper. publicis. De qua materia, vide Castrensem in rubr. ff. ad l. Iuliam pecul. num. 2. vbi dicit, regulariter pecuniam legatam reipublicæ ad certum vsum, & ad certam rem faciendam, non posse conuerti in alium vsum; nisi cum auctoritate & mandato Principis. Fallit in tribus casibus, in quibus sufficit solus consensus illius vniuersitatis, cui legatum factum est. Primus, si vsus ad quem pecunia reipublicæ legata destinabatur, erat vel illicitus, vel impossibilis. d. l. legatum. ff. de vsufr. legato. Secundus, si ad illum vsum non sufficiebat. d. l. j. & 5. ff. de administrat. rer. ad ciuit. pertin. Tertius, casus est, si magis expediebat reipublicæ in alium vsum conuerti. l. fin. ff. de oper. publicis. l. 3. ff. de
12 pollicitationib. Sed † an de huiusmodi legatis reipublicæ relictis detrahi possit falcidia? Certè sic. tex. est in l. j. §. ad municipium, & ibi etiam Alex. num. 1. ff. ad l. Falcidiam. l. 2. §. vlt. ff. eod. l. 5. ff. de administratione rerum ad ciuit. pertinen. glo. in rubr. C. de iure reipu. lib. 11. Sed qualiter detrahatur falcidia de huiusmodi legatis, vide Castren. in l. 3. §. j. ff. eod. tit. ad l. Falcidiam. Sed hic
13 circa hanc materiam quærunt Doctores nostri, † nunquid hæreditas, legatum, vel fideicommissum relictum
14 ciuibus alicuius ciuitatis, cum † indefinita æquipolleat vniuersali, an omnibus ciuibus, censeatur factum, & relictum vniuersitati, an verò singulis de vniuersitate? Hanc quæstionem decidit text. in l. 2. ff. de reb. dub. cuius verba hæc sunt. ciuibus ciuitatis legatum, vel fideicommissum datum, ciuitati relictum videtur. Ripa in l.
15 si se non obtulit. num. 25. ff. de re judic. † Ciuitas enim nihil aliud est, nisi ciuium collectio, seu vnio; vnde ciues à ciuitatibus denominantur; & ideò legatum ciuibus & municipibus factum, censetur factum ciuitati, & vniuersitati; alij dicunt hoc esse, quia tale legatum non esset alicuius vtilitatis, si inter omnes ciues diuideretur, quod tamen non est vniuersaliter verum, si fieret paruæ vniuersita-

uersitati; vel, licet magnæ fieret, legatum foret amplum; & si hoc diceretur, & hæc ratio admitteretur, esset contra l. si quid. l. ciuitatibus. ff. de leg. I. vel potest dici, ideo legatum factum ciuibus alicuius ciuitatis, cen
16 seri factum ciuitati, quia † per ciues, ciuitas repræsentatur. l. Lucius. §. ciuibus. ff. de lega. 2. vel alia ratio potest
17 adduci, quia cum † legata, & hæreditates relinquantur regulariter ob benemerita præcedentia. l. nec adiecit. ff. pro socio. ideò legatum potius censetur factum ciuitati, in quam cadere possunt merita præcedentia, quæ in omnibus particularibus ciuibus considerari non possunt, maximè quia in dubio fauendum est reipublicæ,
18 † cuius vtilitas, priuatorum vtilitati est præferenda. l. de pupillo. §. si quis riuos, & ibi etiam glo. in ver. securitatis. ff. de oper. noui nunciat. l. vnica. circa finem. C. de caducis tollen. Auth. de non alienan. §. quia verò verisimile est. verf. oportet enim. l. j. & ibi DD. ff. sol. matrim. Hæc autem conclusio, legatum scilicet factum ciuibus alicuius ciuitatis censeri factum ipsi ciuitati, limitatur multis modis. Primò, vt procedat quando indefinitè
19 ciuibus est factum, secus † si particulariter quibusdam ciuibus; quia hoc casu per illos ciues particulares non repræsentatur ciuitas, & sic non videtur factum ipsi ciuitati, sed ipsi tanquàm singulis. Secundò limitatur,
20 † quando factum esset legatum expressis nominibus proprijs ipsorum ciuium, quibus factum est legatum; nisi adiectum etiam esset nomen appellatiuum, quia tunc illud attendi deberet; & hoc quando testator legans non habuisset notas personas; secus si habuisset notas, quia tunc seruaretur distinctio. l si communis seruus. ff. de stipulat. seruorum. Tertiò limitatur, vt procedat quando iure potest relinqui legatum vniuer-
21 sitati, secus si non posset relinqui; hoc enim casu † legatum factum ciuibus, non censetur factum ciuitati incapaci, sed ipsis ciuibus tanquam singulis. Barthol. Socinus in d. l. 2. num. 8. ff. de reb. dubijs. & ibidem Castren. num. 2. idem Castr. in l. 96. num. vlt. ff. de condit. & demonstrat. de qua re paulò infra latius dicemus. Sed
22 quid † si legatum factum sit administratoribus ciuitatis, vel

tis, vel alterius vniuersitatis, an censeatur factum ciuitati, vel ipsis administratoribus tanquàm singulis? Certè dicendum est censeri factum ipsi vniuersitati d. l. 2. ff. de reb. dub. secundum alium intellectum. ita tenet ibi Bart. num. 1. & etiam Castr. num. 1. quæ conclusio limitatur multis modis. Primò, vt non procedat si legatum fuisset factum ob bene merita habita ab administratoribus, vel ratione consanguinitatis, vel amicitiæ. Secundò limitatur, nisi legatum fiat huiusmodi administratoribus expressis eorum proprijs nominibus. Tertiò limitatur, quando legatum est factum non omnibus administratoribus, sed quibusdam duntaxat. ratio est, quia cum penes illos particulares administratores non sit tota administratio, & insolidum, non censetur illis, vt administratoribus factum legatum. Quartò & vltimò limitatur, nisi ex qualitate & quantitate rei legatæ aliud sit præsumendum. Barthol. Socinus in d. l. 2 nu. 7.

23 Quid verò † si testator dixit, relinquo omnibus hominibus de ciuitate Taurini, an videatur legatum factum singulis, an verò ipsi ciuitati? Certè videtur factum singulis, l. j. in fine. ff. de colleg. illicitis. Nec obstant. l. 2. l. cum senatus. ff. de reb. dubijs. quia illę leges procedunt, quando relinquitur legatum, hæreditas, vel fideicommissum per aliquod nomen designans vniuersitatem, vt est quando legatum fit ciuibus, quia istud verbum significat vniuersitatem. Alexand. in l. omnibus. num. vlt. ff. ad S. C. Trebell. Barthol. Socin. in d. l. 2. num. 2. de reb. dubijs. Vniuersitas igitur approbata potest & hæreditatem, & legata ex vltimis voluntatibus capere. Sed

24 quid † si seruus ipsius vniuersitatis sit hæres institutus, & antequàm adeat hæreditatem manumittatur, vel alienetur, an possit adire nihilominus hæreditatem? vide Iasonem in l. 25. §. seruus municipum. ff. de acqui-

25 ren. hæredit. Nec solum † communitates possunt capere hæreditates, & legata, sed etiam fideicommissa & vniuersalia, & particularia, omniaque iura transeunt in vniuersitatem, per restitutionem; quę iura exercentur per actorem, seu sindicum ipsius vniuersitatis, l. omnibus. vbi etiam Bart. Castrens. Alexand. num. 1. ff.

ad

26 ad S. C. Trebell. quinimò † fideicommissum vniuersale relictum vniuersitati transit ipso iure in vniuersitaté, & rempublicam, absq; aliqua restitutione verbali, vel reali. Ias. in l. vlt. num. 8. cum sequen. C. de sacrosan. eccles. Nec solum ipsi reipublicæ potest relinqui fidei-
27 commissum, sed etiam † ab ipsa vniuersitate potest relinqui fideicommissum particulare, & vniuersale; nam respublica potest grauari per fideicommissum de restituenda hereditate alteri, vel eius parte, vel certa & particulari re eiusdem hæreditatis; & hoc procedit, siue grauata sit restituere extraneis personis, id est quæ nõ sunt de ipsamet vniuersitate, siue vni, vel pluribus singularibus personis, vel etiam omnibus de ipsamet vniuersi-
28 tate, † aliud enim est vniuersitas, & aliud singuli de vniuersitate. l. j. §. si autem collegium. ff. ad S. C. Trebellianum. vbi etiam Barth. Socinus. num. 1. Ripa ibidem num. 1. & vlt. Alexand. num. 1. Ias. num. 1. & 2. quo casu
29 † vniuersitas grauata poterit detrahere quartam Trebellianicam. l. omnibus cum glo. l. recusare. §. item si municipes. ff. ad S. C. Trebell. glos. in rubr. C. de iure reip.
30 lib. 11. & † si ipsa respublica extiterit in mora præstandi fideicommissum, vel legatum, tenetur ad vsuras à die moræ, quas repetet ab administratoribus, qui post sententiam iudicatum soluere supersederunt. l. 80. §. 2. ff. de
31 leg. 2. quemadmodum etiam † si relictum est legatum, vel fideicommissum reipublicæ, & hæres sit in mora ad soluendum ipsum legatum & fideicommissum, tenetur reipublicæ ad vsuras. l. 17. §. fin. ff. de vsuris. l. 5. ff. de oper.
32 publicis. Nec solum † vniuersitates de iure ciuili possunt capere, & acquirere ex testamento, & alijs vltimis voluntatibus relicta, sed etiam de iure prætorio. nam
33 † bonorum possessio, ex testamento duntaxat defertur ciuitatibus, & alijs vniuersitatibus. l. 3. §. à municipibus.
34 ff. de bonorum possessio. quia quando † bona sunt vacantia, debentur fisco, & non ciuitati, l. j. C. de bonis vacan. lib. 10. vbi, quando quis decedit intestatus, sine legitimo hærede, eius bona tanquàm vacantia fisco, & non ciuitatibus deferuntur, non obstante quolibet priuilegio ciuitatibus concesso. Bart. in l. 2. num. 2. ff. de iure fi-

re fisci. & in d.l.j.num.1.2.& 7.C.de bonis vacant. lib.
10.& ibi etiam Angel.num.1.& 5.& hoc est verum in ci-
uitatibus alijsque vniuersitatibus,quę principem,& su-
35 periorem recognoscunt,sed † si vniuersitas superiorem
non recognoscit, tunc ipsa est Camera, & Princeps sui
ipsius.l.apud hostes. ff. de captiuis. & sic bona vacantia
eidem quæruntur. Quod autem supra dictum est,ciui-
tates, municipia, & alias vniuersitates non posse habe-
re bonorum possessionem,nisi ex testamento,est verum,
36 nisi habeant † libertum, cuius hæreditas ab intestato
ipsis vniuersitatibus potest quæri. Bart.in l.3.§. à muni-
cipibus.num 2.ff. de bonorum possess. vide totum titu-
lum.ff.de manumiss. quæ seruis ad vniuers. pert. l. vni-
ca.ff. de libertis municipum, & aliarum vniuers.vniuer-
sitas igitur non tantum de iure ciuili, sed etiam de iure
prætorio, tam ex testamento, quàm etiam ab intestato
succedit; vt quando libertus vniuersitatis ab intestato
37 decedit nullis liberis relictis, ipsi † ab intestato defun-
cto vniuersitas succedit.l.3 §. si municipes.ff de suis, &
legit.hęred.d.l.vnica.ff.de libertis municipum.l.j.& 2.ff.
de manumiss. quæ seruis ad vniuer. pertin. Præterea,
sunt alij casus, in quibus vniuersitates, & collegia ap-
38 probata succedunt ab intestato; † collegium enim suc-
cedit collegiato decedenti ab intestato sine alio hære-
de, excluso fisco: diuersum tamen est in ciuitate, muni-
39 cipio,aut alia communitate,† quæ non succedit suis ci-
uibus ab intestato. l.3. §. à municipibus.ff.de bonorum
possess. l.j.C.de bonis vacan. lib.10. & ibi etiam glo. in
ver.legitimo.gl vlt.in fine.l.vnica. C.si liberal. Imper.
socius. lib.10. Bald. in l.j.C.de hæred. decurionum. Pe-
40 regrinus in tract.de iure fisci.lib.4. tit. 3.num.11.† ciui-
tates enim,aliæq; respublicæ superiorem recognoscen-
tes,quamuis possint habere bona communia,fiscum ta-
men nec iura fiscalia habere possunt, & per consequens
non succedunt in bonis vacantib. cum hoc sit de rega-
libus. Peregrinus in loco supra allegato num.19. & 20.
41 Similiter videmus † decurionum hęreditatem ab inte-
stato decedentium sine alio hærede, non deferri ciuita-
ti, neque fisco, sed curiæ, ordini, & collegio ipsorum de-
curio-

curionum, vt constat ex toto tit.C.de hæred.decur. glo. in d.l.j in ver. legitimo.C. de bonis vacan. lib. 1o. gl. vlt. in fine.in d.l.vnica.C.si liberal. Insper.socius lib.10.Peregrinus in loco supra citato. num.12. Bart. in l.2. num. 2.ff.de iure fisci.& in l.j.C.de hęred.decur.glo.in d. l.2.in
42 verbo, reipublicæ.ff. de iure fisci ; & † si extraneus succedat alicui decurioni, debet ipsa curia, seu ordo decurionum habere quartam in bonis, & facultatibus ipsius decurionis. tex. est in l.j. 2.& 3.& ibi etiam Bart.in prin. C.quando & quibus quarta pars lib. 1o. & ibidem etiã Bald. tex. est in l.vlt. C.de his,qui spon. pub.mun. sube.
43 lib.10. Præterea omnia † collegia alicuius artis approbata vel à iure communi, vel à principe succedunt collegiato ab intestato defuncto sine alio hærede, excluso fisco. toto tit. C.de hæred.decur. adeò vt si mercator sine hærede decesserit collegium mercatorum in quo defunctus versabatur, & cui erat ascriptus ei succedit, excluso fisco, scilicet in bonis, quæ habebat ibi, non tamen in alijs bonis, quæ habebat in alijs locis. arg.l.Diuus Cõmodus.ff.de iure fisci Bald. in l.2.in fine.C.de constit.pe-
44 cun. Similiter etiam † corpus alicuius magistratus suis succedit officialibus ab intestato sine alio hærede decedentibus, excluso fisco.l.fin.C.de apparit. præfect. præ-
45 tor. lib. 12. † præterquàm in liberalitate Imperiali, in qua ante collegium artis, vel quodcunque aliud corpus præfertur, & succedit collega, seu socius, qui in eadem liberalitate, post parentes defuncti socij,& coniugem, vocatur immediatè, fisco excluso.l.j.C.si Imper.liberalit. socius sine hærede decesserit.lib.10. glo.in l.j. in ver. legitimo. C.de bonis vacant.lib. 10.Benedictus in repet. cap. Raynutius. fol.126.num.815. & 816. Peregrinus in tract.de iure fisci.lib 4. tit.3. per totum. Vidimus hactenus vniuersitates licitas & approbatas posse hæreditatem, legata, & fideicommissa capere,& ex testamento, & ab intestato, & de iure ciuili, & de iure prætorio ius succedendi habere, & eis competere. Nunc aliqua de alijs collegijs illicitis, & reprobatis circa hanc successionis materiam dicamus. Regula igitur iuris est cer-
46 tissima, † vniuersitates collegia, aliaque corpora illicita,

cita, & quibus coire non licet, non posse neque hæreditatem, neque legata, vel fideicommissa capere; nec ab intestato succedere. l. 8. C. de hæred. instit. l. cum senatus. ff. de reb. dub. & ideo legatum factum arti, seu collegio mercatorum, vel calligariorum non valet; quia talia collegia, exceptis quibusdam, sunt reprobata. l. j. ff. quod cuiusque vniuer. nom. vnde non potest eis legatum relinqui; sed si talia collegia essent approbata per Principem, vel à superiore, vel à ciuitate, quæ superiorem non recognoscit, tunc potest eis legari. Bart. in
47 d. l. cum senatus, nu. vlt. † vt ergo legatum factum collegio valeat, necesse est probare esse inter collegia lici-
48 ta & approbata, cum † in dubio omne collegium præ-
49 sumatur illicitũ, nisi licitum probetur; & per hoc † omne collegium censetur incapax hæreditatis, legati, & fideicõmissi. Ias. in d. l. 8. C. de hęred. instit. Barth. Soci-
50 nus in d. l. cũ senatus, n. 1. ff. de reb. dub. Hinc fit vt † collegio iudæorum non possit relinqui hæreditas, legatum, vel fideicommissum. tex. est, & ibi etiam Bar. l. j. C. de iu-
51 dæis, & in repetit. l. j. num. 3. C. de sacros. eccles. † licet huiusmodi collegium non sit reprobatum ratione sectę. glo. in d. l. j. C. de iudæis. Licet autem vniuersitas, vel collegium, illicitum non possit aliquid, tàm ex testamento,
52 quàm ab intestato capere, & acquirere, † cuilibet tamẽ de illo collegio illicito particulariter potest in vltimis voluntatibus aliquid relinqui. Bart. in repet. d. l. j. nu. 2.
53 & 3. quia † legatum factum singulis de collegio, non dicitur factum collegio. l. j. §. si autem collegiũ. ff. ad S. C. Trebell. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vo-
54 cando, & ideò † cuilibet iudæo potest legari. l. spadonem. §. iam autem & iudæi. ff. de excusat. tutorum. glo. in d. l. j. C. de iudæis. Bart. in l. cum senatus. nu. 2. ff. de reb. dub. Nec obstat. l. 4. C. de hæret. vbi quemadmodũ non potest aliquid in vltimis voluntatibus relinqui collegio hęreticorũ, ita etiam nec singulis de ipso collegio; quia respondetur, quod supradictum est, singulos de collegio illicito posse hęreditatem, legata, & fideicommissa capere, intelligendum non est de collegio illicito ratione
55 sectę. † Si enim ratione sectę collegium esset reproba-

tum, vt collegium hæreticorum; tunc nec singulis de collegio potest aliquid relinqui. d. l. 4. C. de hæret. secus quando collegium non est reprobatum ratione sectæ, prout est collegium iudæorum d. §. iam autem & iudæi. l. generaliter. in fine. ff. de decur. l. circuncidere. ff. ad l. Corn. de sicarijs; vel quando collegium est reprobatum ex eo solo, quod non reperitur expressè à iure communi vel à Principe approbatum; quia tunc, licet huiusmodi collegijs nihil possit relinqui, singulis tamen de ipsis collegijs licitè potest hereditas, & legata, & fideicommissa relinqui, & ita procedit d. l. cum senatus. vbi Bart. & Castrens. hoc declarant. num. 1. ff. de reb. dub. & si dicatur, hodie collegium iudæorum videri reprobatum ratione sectæ, & per consequens singulis de ipso collegio iudæorum relinqui nihil posse, per l. finalem. C. de iudæis. vbi, ab omni officio & administratione remouentur iudæi, & ideò videtur extendi ad istũ casum regula d. l. 4. C. de hæret ad hoc respondet Salycetus in d. l. j. C. de sacrosanct. eccles. si collegium est reprobatum perpetuò, & secundũ omnes, prout est collegium hæreticorum; tunc procedit. d. l. 4. C. de hæret. si autem non perpetuò, & secundum omnes collegium est reprobatum, prout est collegium iudæorum, qui iudæi habuerunt legem à Deo, tũc licet huiusmodi collegio nihil possit relinqui, singulis tamẽ iudæis potest relinqui. Sed an hoc procedat, & locum habeat de iure canonico, vt scilicet singulis iudæis possit & hæreditas, legatum, vel fideicõmissum relinqui? vide Barth. Socinum in d. l. cum sena-
56 tus. num. 3. Sed quid † si legatum fuit factum iudæis alicuius loci, puta istius ciuitatis Taurini, vel omnibus alicuius collegij illiciti, non tamen ratione sectę; vtrum videatur, vt collegio relinqui, vt ita non valeat; an autem vt singulis, vt ita valeat? Certè videtur factum tãquàm
57 singulis; quia in dubio † actum interpretari debemus vt potius valeat, quàm non valeat. l. quoties. ff. de reb. dubijs. maximè ne contra legem actus factus esse videa-
58 tur. arg. l. meritò. ff. pro socio. & † ne videatur testator viam elegisse, per quam iudicium suum impugnetur. l. si miles, qui destinauerat. ff. de milit. testam. & quia testa-

tor censetur velle, vt actus valeat, eo modo quo potest valere. Supradicta autem procedunt quando sunt verba, quæ multipliciter possunt intelligi; secus si, de proprietate sermonis, & verborum, ostenderetur, & constaret actum factum esse contra legem; nam † in incertis, & non certis, & claris locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Bart. in d. l. cum senatus, num. 3. Barth. Socinus ibidem num. 4. cum sequentibus. Et ex istis fit expedita hæc quinta, & vltima pars huius nostri tractatus Beatissima, ac pijssima semper Virgine, & Matre Maria ausum nostrum benè iuuante, Deoque Optimo Maximo cogitationes præparante, & perficiente, qui bonorum omnium largitor est, & vniuersorum Deus in sæcula.

59

FINIS.

INDEX MATERIARVM,

Quæ in hoc Tractatu continentur.

A

Actor

B

C

Casus

Ciuitas

Ciuit.



Con-

Damnum

D

loco

Damnum

D

G

H

I

Lau-

L

L.ciui-

M

N



V Obligari

O

P

Procu-

Satis-

S

Sindi-

X Statutum

Testes

V

Vni-

Vni-

Vniuer-

Vrbis

FINIS.

